5.F.10.

POLYCARPI ET IGNATII EPISTOLAE:

Ex Libris Bibliothecæ Edinburgenæ.

Vna cum vetere vulgata interpretatione Latina, ex trium manuscriptorum codicum collatione, integritati suæ restitutâ.

Accessit & Ignatianarum Epistolarum versio antiqua alia, ex duobus Manuscriptis in Angliâ repertis, nunc primùm in lucem edita.

Quibus præfixa est, non de Ignatii solùm & Polycarpi scriptis, sed etiam de Apostolicis Constitutionibus & Canonibus Clementi Romano tributis,

IACOBI VSSERI *Archiepiscopi Armachani* DISSERTATIO.

Ee.C.2.

OXONIÆ,

Excudebat HEN. HALL Academiæ Typographus
Impensis HEN: CURTEYN. *A.D.* M.DC.XLVIII.

EX BIBL. UNIV. EDINBURGEN.

DE IGNATII MARTYRIS EPISTOLIS, INDEQUE OCCASIONE DATÁ, DE POLYCARPI QUOQUE SCRIPTIS, ATQUE APOSTOLICIS CONSTITUTIONIBUS & CANONIBUS *Clementi Romano* TRIBUTIS.

CAP. I.

De Ignatii, & Polycarpi scriptis, tum genuinis, tum apocryphis, quid ab Authoribus traditum inveniatur.

Quanto beatissimi Martyris *Ignatii*, qui cum Christi Apostolis familiariter versatus est, & antiquitas & authoritas est major; eo Ecclesiæ magis interest videre, ne quo pacto apocrypha illi attributa cum authenticis ipsius scriptis commisceantur & confundantur. In *Apocryphorum* verò binos incidi Indiculos, in quorum utroque *Ignatii* nostri comparebat nomen ineditum unum, Interrogationibus & Responsionibus illis subjectum, quæ *Anastasii Nicæni* nomine à *Gentiano Herveto* sunt publicatæ; ad calcem Chronographiæ *Nicephori* Patriarchæ *Constantinopolitani* editum alterum.

Priorem inter Græcos illos Manuscriptos libros reperi, quos à *Fr. Barocii* hæredibus in *Italiâ* redemptos, nobilissimus *Pembrochiæ* Comes *Gulielmus*, Academiæ Oxoniensis, cujus Cancellarius erat, Bibliothecæ donavit publicæ: ubi in Apocryphorum classem Κλήμεντος Διδαχῇ, & Ἰγνατίου Διδαχῇ, pariter relatam animadverti. In Arabico quoque Liturgiarum Chaldaicarum sive Syriacarum Catalogo, quem habuit nuperrus Antiochenus Patriarcha *Ignatius*, recensetur una *Clementis Papæ Græcè compositâ; quam Chaldæam fecit Thomas quidam Harchalanus post* CCCCVII *annos à nativitate Domini*: & altera *Sancti Ignatii, Græcè compositâ Antiochiæ, anno* XXVII *post Ascensionem Domini; quam Chaldæam fecit Sanctus Jacobus Episcopus Rehanus*,

a Corn. Schulting. Biblioth. Theol. tom. 3. part. 1.

Et *Clemens* quidem à Constantinopolitano Patriarchâ *Proclo* inter primos numeratur, qui Liturgiæ expositionem scriptam Ecclesiæ tradiderunt: cujus authoritatem urgentibus Græcis in libro de Sacramento Eucharistiæ ita respondet *Bessarion*. *Licèt hæc Clementis verba inter apocryphas scripturas commemorari soleant; placet tamen eis impræsentiarum tanquam veris assentiamur*. vel, ut est in Græco nondùm edito: ἀ, εἰ καὶ ταῖς ἀποκρύφοις εἰσὶ συντεταγμένα γεγραπται, ἀλλ' οὖν ἔστιν τίνα καὶ ἡμῖν καὶ αὐτὰ ὡς ἂν τῆς θείας ὄντα γραφῆς. Est verò illa Liturgia pars quædam octavi libri, eorum qui in aliquibus codicibus Διδασκαλία, sive *Doctrina*, in aliis Διαταγῶν sive *Constitutionum* Apostolorum, à *Clemente* conscriptarum, titulum præferunt: quos alios fuisse à dictâ *Clementis* Διδαχῇ, non facilè crediderim. Eâque & Pseudo-Clementis libros illos, & *Ignatii* nostri Epistolas, ab eodem impostore circa *Justiniani* Imp. tempora (ut b suo loco indicabitur) eundem in modum interpolatas fuisse apparet: utrum ab eodem etiam Διδαχῇ illa *Ignatiana* fuerit conficta, &, quo *Clementinæ* illi alteri esset conformior, Liturgia ista ei fuerit ab illa inserta, aliis conjiciendum relinquo.

b Vide infrà, cap. 6.

Videndum præterea, an non ex eâdem Διδαχῇ & illa desumpta fuerint, quæ ab aliis ex *Ignatio* citata, in nostris tamen *Ignatiis* non inveniuntur.

Cujusmodi illa sunt. Parallelia *Johannis Damasceni, lib. 3. cap. 17.* & *Melissæ Antonii Monachi, part. 1. Serm. 34.* intexta. Παραβολὴ ζυγὸν μηδὲν ὀπτίδει· ὀδηγοὶ δὲ τυφλῶν, καὶ διαστολὴ

ὅτι-

ὑπὸ καὶ ἀνάγκης ζεύγνυται. *Virginitatis jugum nemini imponi. Periculosa enim res est, quamque servare difficile sit, cùm consilium ac necessitate sit.* Item: Τοῖς νεωτέροις ἐπιτρέπω γαμεῖν, ἐφ' ὅσον διαφθορᾶς οὐκ ἔστιν αἰτία. *Junioribus nuptias concedo, antequàm meretriciis artibus implicentur.* cujusmodi præceptum etiam in Clementinâ illâ ἀνοχῇ occurrit, *lib. 4. Constitut. Apostolic. cap. 11.* Σπουδάζετε οὖν γάμους ἀνύειν καὶ συναλλάσσειν αὐτοὺς, ἵνα μὴ τῆς ἡλικίας ὁ τῆς ἀκμῆς ζέων ὦσι προκόπτα ἀσελγῆ. *Date operam, ut tempore ad conjugium maturo eos matrimonio jungatis; ne in ipso flore, ætate fervescente, iis moribus evadant, ut se dedant meretricibus.* Quò etiam fortassè referenda fuerint, quæ in iisdem *Damasceni* Parallelis leguntur, *l. 2. c. 25. Antistitem oportet vitam ab omni reprehensionis nota à puram ducere, nec rei ullius Deo gratæ studium prætermittere.* Et *lib. 3. c. 30. Juvenis mansuetus multa suffert. Canities senum, clementia; vitam autem eorum cognitio vera. Nulla virtus ita sapientiam parere consuevit, ut lenitas.*

a Vid. Not. 24. in Epist. ad Trallianos.

Scripsisse quoque *Ignatium* adversùs hæreticos, in libro contrà *Helvidium*, *cap. 9.* hisce verbis *Hieronymus* innuit, *Numquid non possum tibi totam veterum Scriptorum seriem commovere, Ignatium, Polycarpum, Irenæum, Justinum Martyrem, multosque alios Apostolicos & eloquentes viros; qui adversùs Ebionem, & Theodotum Byzantium, & Valentinum, hæc eadem sentientes, plena sapientiæ volumina conscripserunt? quæ si legisses aliquando, plus saperes.* Atqui, & *Valentinum* (cujus nomen à nonnullis *Hieronymi* exemplaribus abest) & *Theodotum Byzantinum*, ætate *Ignatii* inferiores fuisse, non est dubium. *Valentinum* enim *Hygini* tempore Romam venisse, floruisseque sub *Pio*, & usque ad *Anicetum* tempus vitæ prorogâsse, testatur *Irenæus*, libro 3. adversùs hæreses, cap. 4. *Theodotum* verò *Coriarium* (ab istâ enim, quam exercebat, arte cognomentum accepisse *Byzantinum* illum, ex *Epiphanio* intelligimus) *Valentino* posteriorem, à *Victore* Romano Episcopo ejectum ab Ecclesiâ fuisse, alius antiquus auctor, qui contrà *Artemonis* hæresim librum conscripsit (ab *Eusebio*, in postremo libri 5. Historiæ suæ capitulo, laudatum) confirmat. Cujus quidem, neque in illis quæ habemus *Justini*, neque etiam ipsius *Irenæi* (qui sub *Victore* maximè claruit) ulla omninò occurrit memoria. Ut si illius in aliquo

c Epiphan. lib. 2. hæres. 54.

quo opere nomen *Ignatii* præferente, facta fuerit mentio: manifestæ ψευδεπιγραφίας ex ipsâ temporum convincatur ratione.

Ad alterum illum Indiculum jam venio: quem, inter *Nicephori* Patriarchæ *Constantinopolitani* & *Georgii* Monachi (qui alterius Patriarchæ *Tarasii* Syncellus fuerat) Græcas Chronographias positum, Latinis suis communicavit *Anastasius* Romanæ Ecclesiæ Bibliothecarius. Neque enim ab hoc συγγραφίαν illam diversam esse existimo, quam *Georgii Syncelli* & *Theophanis* operi præfixam in antiquissimo exemplari se inveniſſe narrat *Cl. Salmasius*. In eo verò Catalogo (quem inter *Petri Pithœi* Opuscula Græcè & Latinè habemus editum) *Ignatii* simul & *Polycarpi* scripta in *Apochryphorum* numero reposita cernuntur.

e Walo Messalin. de Episcop. & Presbyt. cap. 4. pag. 252.

Ubi ad *Polycarpum* primò quod attinet: *falsum rumorem* sparsum aliquando fuisse, *Papiæ & Polycarpi volumina* Latinè transtulisse *B. Hieronymum*, in Epistolâ 28. ad *Lucinium* ipse significat. Et in vitâ *Polycarpi* (quæ Græcè manuscripta in Regis Gallorum Bibliothecâ extat, & *Pionii* nomine à *Petro Halloixio* citatur) multos ille tractatus, & Homilias, & Epistolas scripsisse dicitur. In quibus scriptis illi attributis, quæ in Cœritum tabulas referrentur digna aliqua fuisse, veri non est absimile: inter quæ & illud fortasse fuerit, cujus ex eodem *Hieronymo* jam meminimus, *Hæreticis* (& inter illos *Theodoto Byzantino*, qui *Polycarpo* ætate fuit inferior) oppositi, & *Responsionum* quoque illa *Capitula*; quorum fragmenta quinque, Latinè conversa, Catenæ super quatuor Evangelistas circa annum Christi *D. L.* à se collectæ, inseruit *Victor Capuanus* Episcopus, quæ & *Smyrnensis* Ecclesiæ de *Polycarpi* martyrio Epistolæ à nobis subjuncta Lector posteà inveniet. *Fertur & integrum librum de obitu S. Joannis Evangelistæ magistri sui composuisse*, inquit f *Halloixius, qui hodiéq; extet Manuscriptus in Bibliothecâ Abbatiæ S. Floræ in Galliâ Cisalpinâ. E quo libro nonnulla producit Franciscus Humblot, in Concione de S. Joanne Evangelistâ sub finem.* Sed valdè vereor, ne Bibliotheca illa pro thesauro carbones, pro germano *Polycarpo* commentitium *Prochorum*, vel ejus generis histrionem quempiam alium, quærentibus sit ostensura.

f Halloix. Vit. Polycarp. c. 16.

g Id. ibid.

h Πρὸς τὸν μέγαν Διονύσιον τὸν Ἀρεοπαγίτην καὶ πρὸς ἄλλας ἐκκλησίας. Suid. in Πολύκαρπος.

h *Ad magnum Dionysium Areopagitam, & ad alias Ecclesias*, scripsisse *Polycarpum* Epistolas in *Suidâ* legimus. Circumfertur nimirùm,

nimirùm *Dionysii* nomine ad *Polycarpum* edita Epistola: in quâ legitur. Σὺ δ' ἐμοὶ προσλοιδορεῖσθαι ἔγραψας τὸν σοφιστὴν Ἀπολλοφάνη. quod *Dionysium Carthusianum* paraphrasticè ita exponit. *Mihi scripsisti quòd Apollophanes Logicus, sophisticè agens, mihi improperet.* Indidémque *Faber Stapulensis* in Argumento illius Epistolæ colligit, *scripsisse Polycarpum Smyrnæorum Episcopum ad beatissimum patrem; Apollophanem sophistam in eum convitia & maledicta intorsisse.* Neque aliud fundamentum *Suidæ* habuisse videtur, scriptæ ad *Dionysium* à *Polycarpo* alicujus Epistolæ. Ad *Athenienses* scripsisse eum Epistolam, in quâ *Areopagita* mentionem fecerit, confirmat *Johannes Scythopolitanus* in Græcorum Scholiorum, & *Johannes Erigena* in Latinæ interpretationis *Dionysii*, Præfatione: sed ad ipsum *Areopagitam* quicquam ab eo scriptum extitisse, neuter indicat.

A *Polycarpo* tamen varias, tùm ad Ecclesias, tùm ad fratres quosdam, conscriptas fuisse Epistolas; ex verbis his *Irenæi*, discipuli ipsius in Epistolâ ad *Florinum*, clarum est. [i] Ἐξ ἐπιστολῶν ᾗ αὐτῷ ὧν ἐπέστειλεν ἤτοι ταῖς γειτνιώσαις ἐκκλησίαις, ἐπιστηρίζων αὐτὰς, ἢ τισὶν τῶν ἀδελφῶν πρὸ, νουθετῶν αὐτοὺς καὶ παρακαλῶν, δηλώσει φανερὰν ποιῆσαι. *Ex Epistolis, quas cùm ad vicinas Ecclesias, quò eas confirmaret, tùm ad quosdam fratres, quò eos tùm admoneret tùm cohortaretur, misit; ista ita se habere, manifestò cognosci poterit.* Inter quas, quæ ad *Philippenses* scripta est, præ aliis ab eodem in 3° contra hæreses libro, capite 3°. ita celebratur. [k] Ἐπὶ ᾗ καὶ ἐπιστολὴ Πολυκάρπου πρὸς Φιλιππησίους γεγεμμένη ἱκανωτάτη, ἐξ ἧς καὶ τὸν χαρακτῆρα τῆς πίστεως αὐτοῦ, καὶ τὸ κήρυγμα τῆς ἀληθείας, ὃ καὶ βλέπουσι, καὶ προνοίζοντες τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας, δύνανται μαθεῖν. *Est autem & Epistola Polycarpi ad Philippenses scripta perfectissima; ex quâ, & characterem fidei ejus, & prædicationem veritatis, qui volunt, & curam habent suæ salutis, possunt discere.* Quam etiam in Ecclesiasticorum scriptorum Catalogo *Hieronymus*, ut *valdè utilem*; & interpres ejus *Sophronius*, atque eum secutus [l] *Suidas*, ut πάνυ θαυμασὸν, *valdè admirabilem*, nobis commendat. Nàm quod apud Epistolæ, *Dionysio Areopagitæ* ad *Polycarpum* attributæ, Scholiastam *Maximum* habetur, Ἔγραψε δὲ καὶ ἐπιστολὰς ὁ θεῖος Πολύκαρπος πρὸς Φιλιππησίους, (*Scripsit etiam divinus Polycarpus Epistolas ad Philippenses*) ex ejus exscriptore *Georgio Pachymerâ* est emendandum, & ἐπιστολὴν singulariter legendum.

[i] Euseb. lib. 5. Histor. cap. 20.

[k] Ibid. lib. 4. cap. 15.

[l] Suid. in Πολύκαρπος.

CAP. II.

De Polycarpianæ Epistolarum Ignatianarum Sylloge: & num ad ipsum Polycarpum scripta litera in eâ locum habuerint.

EX omnibus *Polycarpi* Epistolis, unica *Philippensium* Ecclesiæ data ad nostra usque tempora perduravit: tùm quòd reliquarum ea esset celeberrima, tùm (ut in præcedenti capite est notatum) quòd *Ignatii* quoque Epistolas haberet subnexas; quod verba hæc in fine Epistolæ satis ostendunt. Ἐγράψατε μοι καὶ ὑμεῖς καὶ Ἰγνάτιος, ἵνα ἐάν τι ἀπέρχηται εἰς Συρίαν, καὶ τὰ παρ' ὑμῶν κομίσῃ γράμματα. ὃ καὶ ποιήσω, ἐὰν λάβω καιρὸν εὔθετον, εἴτε ἐγὼ, εἴτε ὃν πέμπω πρεσβεύσοντα καὶ περὶ ὑμῶν. Τὰς ἐπιστολὰς Ἰγνατίου τὰς πεμφθείσας ἡμῖν ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ἄλλας ὅσας εἴχομεν παρ' ἡμῶν, ἐπέμψαμεν ὑμῖν, καθὰς ἐνετείλασθε· αἵτινες ὑποτεταγμέναι εἰσὶ τῇ ἐπιστολῇ ταύτῃ· ἐξ ὧν μεγάλα ὠφεληθήσεσθε δυνήσεσθε. Περιέχει γὰρ πίστιν, καὶ ὑπομονὴν, καὶ πᾶσαν οἰκοδομὴν τὴν εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν ἀνήκουσαν. *Scripsistis mihi & vos & Ignatius, ut si quis eat in Syriam, ù vestras etiam perferat litteras. Quod faciam, si opportunam occasionem nactus fuero, sive egomet ipse, sive ù quem mittam legatione functurum etiam pro vobis. Epistolas Ignatii, ad nos ab eo missas, & alias quotquot penes nos habuimus, vobis misimus, quemadmodum mandâstis. quæ quidem huic Epistolæ subjecta sunt: ex quibus magnam utilitatem capere poteritis. Continent enim fidem, patientiam, & omnem ædificationem ad Dominum vestrum pertinentem.*

Hæc ille in Epistolâ ad *Philippenses*, eodem scriptâ tempore, quo ab iis profectus *Ignatius*, in *Italiam* ex *Macedoniâ* est abductus. Ex quibus à *Baronio* illa elicitur conclusio[a]. *Ut omnes tunc in viâ scripta ab Ignatio Epistola ad diversas Ecclesias atque personas in unum colligerentur, atque integrè servarentur, opus fuit sanctissimi Polycarpi Smyrnensium Episcopi.* Quam quidem ita ille explicat, ut *septenario* numero *omnes illas tunc in viâ scriptas* Epistolas includat: è quibus, ad unam tantùm *personam* (licèt pluraliter loqui illi libuerit) ipsum nimirùm *Polycarpum*, missa fuerit unica, ad totidem numero *Ecclesias*

[a] Baron. an. 109. §. 18, 19.

ctesias sex reliquæ; Ephesiorum nempè, Magnesianorum, Trallianorum, Romanorum, Philadelphenorum, & Smyrnæorum. Et cur septem illa seorsum posita haberentur, adeoque solæ ab Eusebio & Hieronymo in Ignatianarum Epistolarum Catalogo recenserentur, non aliam assignat rationem, quàm quod ex his constiterit *illa prima collectio facta à Polycarpo: qui (secundùm Eusebii lectionem, eandémque legitimam, & antiquioribus Græcis codicibus magis consentientem) non tantùm ad se missas, sed & alias in unum collegit, quæ ad Asiæ nominatas Ecclesias scriptæ fuissent; quas (ut testatur) misit ad Philippenses,*

Ubi antiquam illam & finceram, ex [b] *Eusebio* à nobis exhibitam, lectionem jure optimo præfert depravatæ illi, quæ in *Polycarpiana* Epistolæ editione vulgatâ Latinâ circumfertur. *Epistolas sanè Ignatii, quæ transmissa sunt vobis ab eo, & alias quantascunque apud nos habuimus, transmisimus vobis; secundùm quod mandâstis.* Id enim *Polycarpus* omninò voluit; se, *Philippensium* rogatu, non solùm, quas priùs penès se habuerat, ab *Ignatio*, dum *Smyrnæ* apud eum diversaretur, & ad *Romanos*, & ad ipsi vicinos, *Ephesios*, *Magnesianos*, & *Trallianos* exaratas Epistolas ad illos transmisisse; sed etiam quas postea ex *Troade* ab ipso acceperat, tùm sibi & *Smyrnæo* suo gregi, tùm *Philadelphenis*, non ita procul ab eo dissitis, deferendas. Quod posterius Græcè ab *Eusebio* fusiùs hunc in modum habetur enarratum [c]. [d] *Inde egrediens, scripsit ad Philadelphenos, & ad Smyrnæos, & propriè ad Polycarpum commendans illi Antiochensem Ecclesiæ, in quâ & de Evangelio, quod nuper è me translatum est, super personâ Christi posuit testimonium, dicens.* Deinde locum illum subjicit, quem ex Epistolâ ad *Smyrnæos* ab *Eusebio* productum viderat, & in Ignatianarum aliâ nullâ extitisse ignorare non poterat.

[b] Euseb. lib. 3. histor. cap. 36

[c] Id. ibid.

[d] Hier. Script. Ecclesiast. Catalog. in *Ignatio*.

Et tamen, quasi defectu aliquo laboraret quæ nunc *Ignatii* nomine ad *Polycarpum* circumfertur Epistola, verba illa *in eâ quæ hodie legitur desiderari*, commonefaciendos nos existimavit [e] *Baronius*: ulteriùs verò progressus Jesuita [f] *Halloixius*, eraviſſe hîc *Hieronymum*, citatâ *Epistolâ ad Polycarpum pro Epistolâ ad Smyrnæos*, pronunciare nihil est veritus. Utroque acutior longè [g] *Casaubonus* noster, parenthesi inclusis *Hieronymi* verbis illis (*& propriè ad Polycarpum, commendans illi Antiochensem Ecclesiam*:) & Epistolas istas duas à se invicem distinxit, & locum tamen hunc non minùs ab *Hieronymo*, quàm ab eo quem hîc secutus est *Eusebio*, ex Epistolâ ad *Smyrnæos* citatum fuisse defendit. At ante hos omnes *Augustodunensis Honorius*, in libro de *Luminaribus Ecclesiæ* (cui Hieronymianum scriptorum Catalogum, in Epitomen à se redactum, inseruit) Epistolam ad *Polycarpum* in censu scriptorum *Ignatii* planè prætermittendum esse judicavit ✠ ita videlicèt verbis *Hieronymi* acceptis, ac si nulla peculiaris ad *Polycarpum* data, intellecta hîc ab eo fuisset Epistola; sed illa ad *Smyrnæos*, tùm eis tùm ipsi præcipuè, ut eorum *Episcopo*, conjunctim inscripta fuisset. Quam sanè *Hieronymi* mentem fuisse, ego omninò non dubito: indéque argumentum non leve deduco, in eâ quæ ipsius ætate omnium terebatur manibus *Ignatianarum* Epistolarum Sylloge, nullam *Polycarpo* privatim inscriptam extitisse Epistolam, sed illam unicam quæ ipsi cum *Smyrnæis* suis communiter est dicata.

Neque inficias tamen iverim, ubi scripsit *Eusebius*, Ecclesiæ *Antiochenæ* gregem *Polycarpo* speciatim commendavisse *Ignatium*, respicere potuisse eum ad verba illa ex *Polycarpi* ad *Philippenses* Epistolâ jam producta. *Scripsisti mihi & vos, & Ignatius, ut si quis eat in Syriam, is vestras etiam perferat litteras.* Verùm quum privatæ essent istæ litteræ, neque magis quàm ipsorum *Philippensium* publici juris à *Polycarpo* factæ: de illis potiùs *Hieronymum* cogitavisse existimandum est, quæ in Epistolâ ab *Ignatio* ad universam *Smyrnæorum*, cui ipse *Polycarpus* præerat, Ecclesiam datâ, ab omnibus passim legebantur. Πρέπει, εἰς Θεοῦ πιλῶ, χειροτονῆσαι τὴν ἐκκλησίαν ὑμῶν Θεοφόρον τινὰ, εἰς τὸ γενόμενον ἐν Συρίᾳ συγχαρῆναι αὐτοῖς, ὅτι εἰρηνεύουσι, καὶ ἀπολαβὸν τὸ ἴδιον μέγεθος, καὶ ἀπακτισθῆναι αὐτοῖς τὸ ἴδιον σωμάτιον. ὃ ἰσχὺν

[e] Baron. ann. 34. §. 196.
[f] Halloix. Notat. in cap. 1. vitæ Ignatii. b.
[g] Casaub. in Baron. Exercit. 16. §. 126.

ἐφάνη μοι ἄξιον, τοῦτο ὄζιν, ὥσε πέμψαι τινὰ ἀφ' ὑμετέρων μετ' ἐπιστολῆς, ἵνα συνδοξάσῃ τὸν ἀπὸ Θεὸν αὐτοῖς γενομένῳ ἐυδίαν. *Decet, ad Dei honorem, ut Ecclesia vestra eligat sacrum legatum; ut, cùm in Syriâ fuerit, congratuletur illis quòd pacem consecuti sint, & suam receperint magnitudinem, & restitutum sit illis suum corpusculum. Quod operæ pretium mihi visum fuit, id est, ut aliquem vestrûm mittatis cum epistolâ; ut unà cum illis glorificet Deum de tranquillitate, quam in Deo consecuti sunt.* Ut enim in septem epistolis *Apocalypticis*, quæ Ecclesiarum *Angelis* sive Episcopis sunt scripta, à Spiritu Sancto *Ecclesiis* ipsis dicta fuisse, cuique earum subjectus Epilogus ignorare nos non sinit: ita viceversâ, quæ *Smyrnæorum Ecclesiæ* scripsit *Ignatius*, ipsi inprimis Ecclesiæ illius Episcopo *Polycarpo* (quem ex *Angelorum* illorum Apocalypticorum numero unum etiam fuisse novimus) dicta fuisse, extra omnem poni debet controversiam.

Nam ad illa, quæ hodie *Ignatii* nomine ad *Polycarpum* feruntur scripta, quod attinet: *in* [h] *eâ totâ ferè epistolâ γνήσιον Ignatium desiderare* se, non sine causâ pronunciavit vir doctissimus mihíque amicissimus, *Abrahamus Scultetus*. Sed & ipse Jesuita [i] *Halloixius*, reliquarum omnium epistolarum propugnator acerrimus, in hujus defensione titubanter sanè loquitur; atque *nonnulla esse, quæ non minimam suspicionis ansam afferant, aliqua in eam aliunde irrepsisse*, dissimulare non potuit: integræ quoque epistolæ γνησιότητα in quæstionem similiter vocaturus, si non obstitisset, ex jam dictorum verborum *Polycarpi*, *Eusebii* & *Hieronymi* minùs rectè perceptâ sententiâ, obortum illi præjudicium; *constitutum & fixum manere*, adeoque *negari non posse, hanc epistolam saltem ex parte non parvâ, esse Ignatii*. Quamobrem illud vero? Quia nimirùm (si hunc audire libeat) *ipse Polycarpus de scriptis ad se ab Ignatio litteris instar mille testium est: cùm id ipse testetur in suâ ad Philippenses, quæ nunc extat, epistolâ, his verbis.* Τὰς ἐπιστολὰς Ἰγνατίυ τὰς πεμφθείσας ἡμῖν ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ἄλλας, ὅσας ἔχομεν παρ' ἡμῖν, ἐπέμψαμεν ὑμῖν, καθὼς ἐνετείλασθε. *Ex quibus videtur posse colligi, plures ab Ignatio ad ipsum missas. Deinde hanc saltem, quæ extat, unam ex illis esse; ex aliis ejusdem Polycarpi verbis dari intelligi, quibus in dictâ ad Philippenses epistolâ sic ait.* Ἐρρώσθαί μοι καὶ ὑμεῖς καὶ Ἰγνάτιον, ἵνα ἐάν τις ἀπέρχηται εἰς Συρίαν, καὶ τὰ παρ' ὑμῶν ἐπακομίσῃ γράμματα·

[h] Scultet. Medull Patr. lib. II. cap. 3.

[i] P. Halloix. Apolog. pro scriptis Ignat. cap. 8.

γεγράμματα· διὸ πέμψον, ἐὰν λάβω καιρὸν εὔθετον, εἴτε ἐγὼ, εἴτε ὃν πέμψω πρεσβεύσοντα καὶ περὶ ὑμῶν. Illud autem B. *Ignatii* mandatum continetur in hâc ejus ad *Polycarpum* epistolâ.

Verùm de missis ab *Ignatio* ad *Polycarpum* Epistolis, quid sentiendum, jam diximus. Hanc autem quæ extat, *unam ex illis esse*, ex argumento allato nullo modo conficitur. Nam, ut taceam, locum illum quem Jesuita respicit, ex posteriori Epistolæ parte petitum esse, quæ à vetere editione Latinâ penitùs abest: etiam in eo ipso mandatum illud *Ignatii* contineri, *ut si quis fortè in Syriam iter caperet, Philippensium eò perferret litteras* (quum in totâ eâ epistolâ, *Philippensium* nulla omninò facta sit mentio) ego planè pernego. Neque dimovent me à sententiâ quæ contrà opponit noster *Vedelius*[k]. Nam *Ignatius*, ait ille, *hortatur Polycarpum sub finem Epistolæ, ut quempiam virum pium in Syriam mittat. Et paulò pòst subjungit, ut perscribat ad Ecclesias anteriores vel ulteriores, eásque moneat, ut litteras in Syriam ad Ecclesiam Antiochenam mittant per eos quos Polycarpus missurus esset. Inter illas Ecclesias erat etiam Ecclesia Philippensium; adeóque ipsa etiam nomine τῶν ἐπιτεροδρόμων ἐκκλησιῶν in illâ ad Polycarpum Epistolâ comprehenditur.*

[k] Nic. Vedel. Apolog. pro Ignatio, cap. 4.

Et verum quidem illud est, in hâc, uti etiam in genuinâ illâ ad *Smyrnæorum* Ecclesiam eorúmque pastorem *Polycarpum* ab *Ignatio* ex *Troade* scriptâ epistolâ, monitum hoc occurrere; ut facer legatus (Θεόδρομος hîc, Θεοπρεσβὴς illic appellatus) in *Syriam* ad Ecclesiam *Antiochenam* invisendam mitteretur. Sed nomine τῶν ἐπιτεροδρόμων ἐκκλησιῶν (quas *ulteriores* Morelius, *anteriores* Vairlenius, *primarias* interpretatus est Brunnerus) non aliàs quàm *Asiaticas* Ecclesias in hâc intelligendas esse epistolâ, neque *Philippensium* illam eo nomine comprehensam esse, quippe in *Europâ* positam, totóque interjecto mari *Ægeo* sive (ut hodie vocant) *Archipelago* ab *Asiâ* diremptam; nemo est qui non videat. Neque aliter virum doctissimum opinatum existimamus, ubi locum hunc Epistolæ, ad quem ipse nos remiserat, paulo attentiùs consideraverit. Ἐπὶ δὲ πάσαις ταῖς ἐκκλησίαις ὡς ἠξιώθην γράψαι, διὰ τὸ ἐξαίφνης πλοῖον μὴ ἔχειν Τρωάδι εἰς Νεάπολιν, οἷς τὸ θέλημα ἔσχατον, γράψας ταῖς ἐπιτεροδρόμοις ἐκκλησίαις (ὡς θεοῦ γνώμην κεκτημένος) εἰς τὸ καὶ αὐτοὺς τοῦτο ποιῆσαι· οἱ μὲν δυνάμενοι, πέμψαι, οἱ δὲ ἐπιστολὰς, διὰ τῶν ὑπὸ σοῦ πεμπομένων, ἵνα δόξαν

ξαδῆτε·

ξαδῆτι ἐν αἰωνίῳ ἔργῳ. *Quoniam verò omnibus Ecclesiis scribere nequivi, quod repentè jussus sim à Troade navigare Neapolim, prout jubet decretum; scribes quæ coràm sunt Ecclesiis (ut qui Dei voluntatem teneas) quòd & ipsi idem faciant: ut qui possunt, mittant eos qui pedibus iter conficiant, alii verò epistolas transmittant per eos qui à te mittentur; ut opere hoc æterno glorificemini.*

Qui *Ignatii* nomine ista scripsit, satis apertè significatum hîc voluit, se terrestri confecto itinere, in quo à *Syriâ* in *Hellespontum* jam pervenerat; jussu eorum, in quorum erat potestate, ad cursum maritimum jam se paravisse: in quo, ut *Paulus*, relictâ *Troade*, applicuit *Neapolim*, indéque *Philippos* pervenit, primariam illius *Macedoniæ* partis civitatem: (*Act.* 16. 11, 12.) ita *Ignatium* (quod in antiquissimis Martyrii ejus Actis ille legerat) *Troade abductus Neapolim, per Philippenses pertransivit Macedoniam pedes.* quod & Metaphrastes in Actis ejusdem ita expressit. Ἀνιὼν δὲ κατὰ βραχὺ ἀπὸ Σμύρνης ἀπὸ τῆς τραπωτῆς ἀναχθείς, καὶ παρελθὼν τὴν Τρωάδα καὶ Νεάπολιν, παρῆλθε διὰ Φιλίππων καὶ Μακεδονίαν πεζῇ. Ex *Troade* verò soluturum *Ignatium*, monere *Polycarpum* voluisse, ut ad *Philippenses* de mittendis ad *Antiochenam* Ecclesiam litteris scriberet, quis credat? quum ille ipse rectâ *Neapolim*, indéque *Philippos* jam perrecturus, & citiùs, & commodiùs, & efficaciùs negotium illud coràm præstare potuisset. Quod & eum fecisse, *Polycarpi* illa ad *Philippenses* data epistola nos docet: in quâ ab *Ignatio* exoratum fuisse se confirmat, ut à legato in *Syriam* mittendo *Philippensium* quoque litteras curaret eò perferendas.

CAP. III.

Unde factum, ut Ignatii ſcripta pro apocryphis tandem fuerint habita. Sex germanas illius Epiſtolas à poſterioribus Graculis immutatas, & variè interpolatas fuiſſe; ex teſtimoniis à Patribus, qui intra quinque prima poſt Chriſtum ſecula claruerunt, inde citatis, & vetere Latinâ verſione hucuſque inedità cum iis conſentiente, demonſtratur.

EPiſtolæ ad *Philippenſes* ſubjeciſſe *Polycarpum* audivimus, quotquot penès ipſum fuerant, *Ignatii* epiſtolas: non privatas, ad ſe vel ad alios de rebus ad commune nihil attinentibus conſcriptas; ſed publicas illas, nobiliſſimis Eccleſiis dicatas, in quibus res ad πίστιν καὶ ὑποτυπωσὶν καὶ πᾶσαν οἰκοδομὴν (ut ille loquitur) ſpectantes continebantur. Quas quidem ad *Philippenſes* ſcriptas litteras, quum ipſius *Polycarpi* auditor [a] *Irenæus* tantopere nobis commendaverit; tantæque apud *Aſiaticas* Eccleſias fuiſſe authoritatis teſtatus fuerit [b] *Hieronymus*, ut ad ſua uſque tempora *in Aſiæ conventu legi* conſueverint: qui nullam unquàm *Ignatianarum* Epiſtolarum Collectionem genuinam & ſinceram apud antiquos extitiſſe concedunt, ſummam profectò imprudentiæ & temeritatis notam non poſſunt effugere.

[a] Irenæ. adverſ. hæreſ. lib. 3. cap. 3.

[b] Hier. Script. Eccleſiaſt. Catalog. in *Polycarpo.*

Ab ipſo quoque *Irenæo* citatas fuiſſe alicubi haſce *Ignatii* Epiſtolas, affirmat *Euſebius*. Sic enim ille, de *Irenæo* verba faciens, libro 5. Hiſtor. κεφ. ιη. Ἐπὶ τοῦ Ἰησοῦ τὸ μάρτυρος καὶ Ἰγνατίου μνήμην ποιούμενα, μαρτυρίαις αὐθις καὶ ἀπὸ τῆς τούτου γραφέντων κεχρημένου. *Juſtini porrò martyris & Ignatii mentionem facit, atque teſtimonia ex ipſorum ſcriptis deprompta citat*: &, lib. 3. κεφ. λς. *de Ignatio.* Οἶδε καὶ αὐτὸ τὸ μαρτύριον καὶ ὁ Εἰρηναῖος, καὶ τὴν ἐπιστολῶν αὐτοῦ μνημονεύει, λέγων ὕτως. *Novit verò ejus martyrium Irenæus quoque, & Epiſtolarum illius meminit, ita dicens.* Deinde verba illa, ex libro illius 5°. adverſùs hæreſes, cap. 28. deſumpta, ſubjicit. Ὡς εἴπέ τις τῶν ἡμετέρων, διὰ τὸν πρὸς Θεὸν μαρτυρίαν κατακριθεὶς πρὸς θηρίοις· ὅτι σῖτός εἰμὶ Θεοῦ, καὶ διὰ ὀδόντων θηρίων ἀλήθωμαι, ἵνα καθαρὸς ἄρτος Θεῷ εὑρεθῶ. *Quemadmodum quidam de noſtris dixit, propter martyrium in Deum adjudicatus ad beſtias. Quo-*

niam frumentum ſum Chriſti, & per dentes beſtiarum molor, ut mundus panis Dei inveniar. Sed cùm verbum illud ἄλη, & quæ voce, & quæ ſcripto edita ſunt, indifferenter denotet; & hoc ipſum à ſanctiſſimo illo viro non ſolùm in epiſtolâ ad *Romanos* exaratum, ſed etiam in ipſo agone fuiſſe repetitum [c], & Acta Martyrii ipſius & *Hieronymus* in Scriptorum Catalogo confirment: vero ſimilius eſſe exiſtimant alii, ut de damnatione Martyris ad beſtias locutus *Irenæus*, vocem ab eodem, audito beſtiarum rugitu, prolatam potiùs quàm ſcripto anteà mandatam, memoriæ commendare hîc voluerit. Sed utut hoc habet, ab [d] *Origene*, (qui ad *Irenæi* ætatem proximè acceſſit) & magno *Athanaſio*, ex *Ignatii* ad *Epheſios* epiſtolâ locum citatum fuiſſe novimus: uti ex eâ etiam, & ejuſdem aliis, ab *Euſebio*, *Hieronymo*, atque *Theodoreto*. Ut ſi quæ eorum verſabatur manibus, ad noſtra quoque tempora perducta fuiſſet editio: de Epiſtolarum harum ſinceritate, nihil jam conqueri neceſſe haberemus.

[c] Vid. infrà, Annotat. in Ignatii epiſt. ad Roman. num. 33.

[d] Origen. in Luc. homil. 6.

Verùm, ut in ſacrorum ſcriptorum Canone *Eſthera* librum, *quamvis Hebraicum & Hebræis receptum*, tamen *propter Apocrypha quædam additamenta, & appendicum lacinias hinc inde quorundam ſcriptorum temeritate inſertas, nec Melito Sardenſis Epiſcopus nec Gregorius Nazianzenus inter ſacros libros enumerârunt, & Athanaſius de catalogo Canonicorum voluminum tanquam nothum nominatim abjecit*: (quemadmodum in Bibliothecæ ſuæ ſanctæ libro 1. *Sixtus Senenſis* monuit:) ita in *Polycarpianâ* hâc Epiſtolarum *Ignatianarum* Sylloge ſimile quid uſu veniſſe liceat animadvertere. Poſtquàm enim ad *ſex*, ex quibus illa conſtabat, Epiſtolas acceſſerunt *totidem* aliæ; & priores quoque illæ, ita ſunt auctæ, ita diminutæ, ita à priſtinâ formâ immutatæ, ut quam olim obtinuerunt authoritatem planè amiſerint: mirari non debemus ſi *Ignatium*, unâ cum *Polycarpo* ſuo, in *apocryphorum* ſcriptorum numero repoſitum videamus. Ut quod de *Ignatii* epiſtolis, quæ *Græcè nunquam conſcriptæ repertæ ſunt*, pronunciat *Martialis Mæſtraus* Theologus Pontificius; [e] *Tutius meo judicio fuerit, eaſdem in commentationum apocrypharum numero collocare*: id ipſum etiam de reliquis, quæ *Græcè* conſcriptæ reperiuntur, pronunciandum ſit; ſi *Nicephori Conſtantinopolitani* Patriarchæ, & eum ſecuti

[e] Mæſtr. Præfat. ad notas in epiſtolas Ignatii.

Anastasii Romanæ Ecclesiæ *Bibliothecarii*, judicio hîc standum fuerit. Cum quo vix est, ut illud *Cæsarii Baronii*, Ecclesiæ ejusdem *Bibliothecarii* nuperi, effatum commodè conciliare possimus: harum [f] *Epistolarum firmissimam semper in Ecclesiâ fuisse fidem, nec ab aliquo unquàm in dubitationem vel levem adductam.*

[f] Baron. ann. 57. §. 55.

Nam ille quidem, solitâ huic hominum generi audaciâ, qui nihil aliud quàm omnes Patres, omnia Concilia crepare nôrunt, duodecim hasce [g] *Epistolas omnium sanctorum Patrum & sacrorum Conciliorum auctoritate probari*, confidenter asserit: cùm tamen nullius illarum ullum omninò Concilium, quarundam verò ex illis ne unus quidem veterum Patrum, vel verbo meminerit. De earum verò integritate & ἀδιαφθορία, non minori confidentiâ (*Dei* quoque nomine temerè interposito) addit idem, [h] *magnâ inprimis Dei providentiâ factum esse, ut numerata omnes epistolæ ab Ignatio scriberentur: sed & admirando planè divino consilio procuratum, ut inter tot tantáque naufragia scripturarum, eadem ad nostram ætatem incorrupte atque integræ servarentur.* quum tamen, qui ab ejus vestigiis ægrè se divelli patitur, *Martialis Mæstraus*, eas [i] *ab hæreticis, & à Græculis posterioribus, alicubi interpolatas & depravatas fuisse*, sine omni circuitione profiteri nihil dubitaverit.

[g] Id. in Not. ad Martyrolog. Roman. Februar. 1.

[h] Id. ann. 109 §. 20.

[i] Mæstr. Præfat. ad notas in epist. Ignat.

Quin & *Baronii* socius, *Robertus* Cardinalis *Bellarminus* [k], in Græcis *Ignatii* codicibus *multos errores* esse agnoscit: *ut quivis*, inquit, *facilè animadverteret qui conferret eos codices Græcos, qui nunc extant, cum testimoniis Ignatii, quæ citantur ab Athanasio in epistolâ ad Epictetum, & à Theodoreto in Dialogis contra Eutychianos.* Nam quod ex collatione hâc ille colligit, [l] *sæpè emendatiores inveniri codices Latinos, quàm Græcos*; ideóque *non esse magnam fidem habendam codicibus Græcis, qui nunc extant, quando discrepant à Latinis*: omninò frustrà est. Nam qui in libro de Synodis *Arimini & Seleuciæ*, ex epistolâ ad *Ephesios*, ab *Athanasio* unicus productus est locus (in eâ enim quæ ad *Epictetum* est epistolâ, ex *Ignatio* nihil occurrit citatum) à vulgatis Latinis æquè ac Græcis codicibus (bellè hîc inter se conspirantibus) mirum quantum discrepat. Et ex comparatione testimoniorum à *Theodoreto*, in Dialogis contra *Eutychianos*, ex *Ignatio* productorum, quam infrà exhibebimus,

[k] Bellarmin. de Sacrament. Eucharist. lib. 4. cap. 26.

[l] Id. in Scriptor. Ecclesiast. Catalogo.

bebimus, clarissimè apparebit; vulgatos nostros codices, Latinos pariter & Græcos, à primævæ lectionis puritate degenerâsse plurimùm.

Et in utrisque quidem, luculentum illud testimonium desiderari vident omnes, ex *Ignatii* epistolâ ad *Smyrnæos*, à *Theodoreto*, in 3. Dialogo qui Ἀπαθὴς inscribitur, depromptum. Εὐχαριστίας καὶ προσφορᾶς οὐκ ἀποδέχονται, διὰ τὸ μὴ ὁμολογεῖν τὴν εὐχαριστίαν σάρκα εἶναι τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τὴν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν παθοῦσαν, ᾗ χρηστότητι ὁ Πατὴρ ἤγειρεν. *Eucharistias & oblationes non admittunt, eo quòd non confiteantur Eucharistiam carnem esse Servatoris nostri Jesu Christi, quæ pro peccatis nostris passa est, quam Pater suâ benignitate suscitavit.* Cujus sententiæ priorem partem, à *Guilielmo Wodefordo*, sub annum Dom. 1396. ita citatam invenio. [m] *Considerate qualiter Anthropomorphi à communione & oratione sanctorum recedunt; propter quod non habemus confiteri Eucharistiam carnem esse Salvatoris.* posteriorem, à *Roberto Lincolniensi* Episcopo, circa annum 1250 ita. [n] *Est enim Eucharistia, secundùm beatum Ignatium, caro Salvatoris nostri Jesu Christi pro peccatis nostris passa, quam benignitate Pater resuscitavit.* utrámque verò, à *Johanne Tissingtono* Franciscano, hunc in modum recitatam. [o] *Considerate qualiter* [*Anthropomorphi*] *à communione & oratione sanctorum recedunt; propter non confiteri Eucharistiam carnem esse Salvatoris, quam Pater suâ benignitate resuscitavit. Contradicentes huic dono, perscrutantes moriuntur. Decens est à talibus recedere, & nec communiter nec seorsùm cum eis loqui.*

Cùm autem mecum considerarem, *Anglos* fuisse tres illos Theologos: circumspicere cœpi, num forte adhuc in *Angliâ* reperiri possent *Ignatii* exemplaria aliqua, ex quibus ille nostrorum codicum defectus suppleri posset. Neque mea me spes prorsùs fefellit. Libros enim Manuscriptos duos nactus sum, alterum in publicâ Collegii *Gunvelli* & *Cai* apud Cantabrigienses, alterum in privatâ D. *Richardi Montacutii*, *Norwicensis* nuper Episcopi, Bibliothecâ repositum: qui *Ignatianarum* epistolarum interpretationem continebant, à vulgatâ nostrâ Latinâ diversissimam. Ibi verò, pro eo quod in dictâ ad *Smyrnæos* epistolâ Græcè est expressum, Περιφαίνω δὲ ὑμᾶς ἐπὶ τῷ θείῳ τῷ ἀνθρωπομόρφῳ, (*ferarum humanam formam præ se ferentium*

[m] Guil. Wodeford. contra Trialogum Wiccliffii, artic. 1. (in rerum expetendarum & fugiendarum Fasciculo Ortuini Gratii.)

[n] Robert. Lincolniens. Commentar. in Dionysii Ecclesiast. Hierarch. cap. 3. (MS. in Bibliothecâ Regiâ, & Collegii Corporis Christi Oxon.)

[o] Jo. Tissington. in Confessione contra Wiccliffium. (MS. in Bibliothecâ nostrâ.)

tium appellatione Hæreticis, qui phantasticum *Christo* corpus affingebant, attributâ) Interpres, Græcâ voce retentâ, reddit: *Præmunio autem vos à bestiis anthropomorphis.* & quod de iisdem posteà est additum; Καταμάθετε οὖν τοὺς ἑτεροδόξοντας: *Considerate autem aliter opinantes.* Pauculis deinde interjectis, sequuntur ista. *Ab Eucharistiâ & oratione recedunt; propter non confiteri Eucharistiam carnem esse Salvatoris, pro peccatis nostris passam, quam benignitate Pater resuscitavit. Contradicentes ergo huic dono Dei, perscrutantes moriuntur.* * *Conferens autem esset ipsis diligere, ut resurgant. Decens est recedere à talibus, & neque seorsùm de ipsis loqui neque communiter.* Quorum in Græcis nostris nihil hodie extat, præter sententiam illam ultimam: Πρέπον οὖν ἐστὶν ἀπέχεσθαι τῆς τοιούτων, καὶ μήτε κατ' ἰδίαν μετ' αὐτῶν λαλεῖν μήτε κοινῇ.

* Συμφέρειν, id est, *utile.*

Hoc successu lætus, ad reliquorum testimoniorum, quæ à Patribus qui intra quinque prima post Christum secula floruerunt ex *Ignatio* sunt citata, collationem statim me accinxi: eaque & cum nostro Interprete consentire, & à vulgatis tam Græcis quàm Latinis *Ignatii* codicibus ut plurimùm dissidere deprehendi. Quod ut unâ mecum, suis etiam ipse oculis, Lector conspiciat; eorum parallelismum visum est hîc subjicere: initio ducto à celebri illo loco, ex epistolâ ad *Ephesios*, ab *Athanasio* in libro de Synodis, & pleniùs à *Theodoreto* in Dialogo primo, sive Ἀπάθητος, & *Gelasio* in libro de duabus Christi naturis, ita producto.

Ex Athanasio.

Εἷς ἰατρός ἐστι, σαρκικὸς καὶ πνευματικός, γεννητὸς καὶ ἀγέννητος, ἐν ἀνθρώπῳ Θεός, ἐν θανάτῳ ζωὴ ἀληθινή, καὶ ἐκ Μαρίας καὶ ἐκ Θεοῦ,

Ex Theodoreto.

πρῶτον παθητὸς καὶ πάλιν ἀπαθὴς, Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ κύριος ἡμῶν.

Ex Gelasio.

Unus medicus est, carnalis & spiritualis, factus & non factus, in homine Deus, in morte vita æterna, ex Mariâ & ex Deo, primùm passibilis & tunc impassibilis, Dominus noster Jesus Christus.

Ex nostro Ignatii interprete.

Unus medicus est, carnalis & spiritualis, genitus & ingenitus, in carne factus Deus, in immortali (*legend.* mortali) vita vera, & ex Mariâ & ex Deo, primò passibilis & tunc impassibilis, Dominus Christus noster.

Ait

Ait [p] P. Halloixius, *haberi* hoc *in editis* Ignatii *exemplaribus, sed juxta sensum & rem ipsam; immo & secundùm aliqua verba, tametsi non omnia.* Ipsa igitur verba apponamus hîc integra.

[p] Halloix. Apolog. pro script. Ignatii, cap. xx.

Ex Græco Ignatii, quem habemus, textu.

Ἰατρὸς δὲ ἡμῶν ἐστὶν ὁ μόνος ἀληθινὸς θεὸς, ὁ ἀγέννητος καὶ ἀόρατος, ὁ τῶν ὅλων κύριος, τοῦ δὲ μονογενοῦς πατὴρ καὶ γεννήτωρ. Ἔχομεν ἰατρὸν καὶ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν τὸν πρὸ αἰώνων ὄντα μονογενῆ καὶ λόγον, ὕστερον δὲ καὶ ἄνθρωπον ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου. ὁ λόγος γὰρ σὰρξ ἐγένετο. ὁ ἀσώματος ἐν σώματι, ὁ ἀπαθὴς ἐν παθητῷ σώματι, ὁ ἀθάνατος ἐν θνητῷ σώματι, ἡ ζωὴ ἐν φθορᾷ, ὅπως θνατὸν καὶ φθορᾶς ἐλευθέρωσῃ καὶ ἰατρεύσῃ τὰς ψυχὰς ἡμῶν, καὶ ἰάσηται αὐτὰς νοσηλαθείσας ἐν ἀσεβείᾳ καὶ πονηρίᾳ ἐπιθυμίας.

Ex vetere vulgatâ versione Latinâ.

Medicus autem noster est solus verus Deus, ingenitus & invisibilis, Dominus omnium, unigeniti verò pater & genitor. Habemus autem medicum etiam Dominum nostrum Jesum Christum, ante secula Filium unigenitum, & in principio Verbum, postea verò & hominem ex Mariâ Virgine. Verbum enim, inquit, caro factum est. Incorporalis in corpore, impassibilis in corpore passibili, immortalis in corpore mortali, vita in corruptione; ut de morte & corruptione liberet & curet animas nostras, & sanet eas infusas morbo impietatis & iniquis desideriis.

Quis ista cum prioribus illis conferens, eundem legere se *Ignatium* putet, qui Veterum ætate legebatur? Et luci tamen ita apertæ, & quæ in oculos nostros sese ingerit, tenebras offundere conatur hîc Halloixius. *Quòd S. Athanasius*, inquit, *epistolam B. Ignatii non citaverit; veri sit simile eum citâsse non ex libro, sed ex memoriâ, simúlque Ignatii locum acceptis tantùm necessariis decurtâsse. Et hanc adjuvat conjecturam, quòd B. Theodoretus hunc eundem locum referens, & hanc nominatim epistolam citans, itémque Gelasius Cyzicenus, paullò aliter referant, quàm sit tam apud Ignatium, quàm apud Athanasium: atque adeò ipsi inter se quoque Theodoretus & Gelasius nonnihil differant. Quod ipsorum trium inter se & cum Ignatio discrimen magno argumento est, ipsos nec integrè, nec*

verbo tenus locum citaviſſe; ſed memoriter ea duntaxat, quæ neceſſaria ſuo propoſito erant, contraxiſſe. At verò, ſi illud aliquod veriſimilitudinis habendum fuerit argumentum, *Athanaſium* ex memoriâ citaviſſe *Ignatium*, non ex libro, quòd epiſtolam ipſius ad *Epheſios* nominatim non ſignaverit: an non pari ratione & illud fiet veriſimile, *Theodoretum* non memoriter ſed ex libro eundem citaviſſe, quòd hanc ad eos Epiſtolam expreſſè nominat? Nam ex *Athanaſio* non tranſcripſiſſe, vel illud argumento fuerit, quòd productiorem locum illum protulerit, quàm *Athanaſius* fecerat.

Neque frigidam illam conjecturam quicquam juvat, ſed infirmat potiùs, citatorum trium Patrum *inter ſe & cum Ignatio diſcrimen*. Ut enim inter eos & vulgatum *Ignatii* textum latum eſt diſcrimen (non enim *paullo aliter*, uti *Halloixius* innuit, ſed *longè aliter* referunt illi hunc locum, quàm apud noſtrum legitur *Ignatium*) ita inter ipſos vel nulla, vel certè exigua apparet differentia. Nam pro eo quod apud *Athanaſium* rectè legitur, καὶ ἀγάπης, & apud *Gelaſium* (ſive *Cyzicenum* illum, ut *Baronii* veſtigiis inſiſtens exiſtimat *Halloixius*, ſive *Gelaſium* I. Papam, cujus nomine in notis ad hunc locum iſta citat *Maſtraus*) non ita rectè habetur redditum, *& non factum*; excuſus *Theodoreti* codex ἐξ ἀγάπης nobis exhibet: vitioſè omninò; ut tum ex reliquorum conſenſu, tum ex *Athanaſii* eo in loco diſputatione liquet. Et pro *vitâ verâ*, quam concors *Athanaſii* & *Theodoreti* confirmat lectio, *vita æterna*, librarii fortaſſe errore, in *Gelaſii* citatione occurrit. Sed demus tamen aliquam, licet parvi admodùm momenti, inter Patres hoſce tres exiſtere differentiam. An non inde potiùs fuiſſet colligendum, neque *Theodoretum* ex *Athanaſio*, neque ex eorum alterutro ſua *Gelaſium* deſcripſiſſe? eóque dato, prudenter expendendum, num veri aliquam admittat ſimilitudinem; trium, tanto intervallo à ſe invicem disjunctorum memorias ita inter ſe conſpirare potuiſſe, ut illas ipſas, tam longas & tam multas, quæ in noſtro *Ignatio* leguntur, clauſulas tanto cum conſenſu concentúque prætermiſerint? Quod profectò ab illis neutiquàm fuiſſe factum, ſed ex codicibus qui ad manum erant locum illum fuiſſe deſcriptum, Latina illa *Ignatiani* contextûs verſio evincit, quam ex noſtro Interprete repræſentavimus:

in

in quâ periodorum illarum, quas decurtâsse finguntur *Athanasius*, *Theodoretus*, & *Gelasius*, ne tenuissimum quidem superest vestigium.

CAP. IV.

Ex compluribus aliis à Veteribus ex Ignatio productis testimoniis, consensus Latini nostri codicis cum primitivis Ignatii exemplaribus, & vulgatarum editionum dissensio, demonstratur. Unde spes sit, sex genuinis illius epistolis antiquam suam speciem aliquo modo posse restitui.

EX eâdem illâ ad *Ephesios* epistolâ à *Theodoreto*, in primo suo Dialogo, habentur & alia duo loca citata; quæ à posterioribus interpolatum fuisse *Ignatium* demonstrant: ut in subjectâ locorum illorum comparatione videre licet.

I.

Ex Theodoreto, in Ἀπαθ. *Ex nostro Ignatii interprete.*

Ὁ γὰρ Θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐκυοφορήθη ὑπὸ Μαρίας, κατ' οἰκονομίαν Θεοῦ, ἐκ σπέρματος μὲν Δαβὶδ, ἐκ Πνεύματος δὲ ἁγίου. ὃς ἐγεννήθη, καὶ ἐβαπτίσθη, ἵνα τῷ πάθει τὸ ὕδωρ ἡμᾶς καθαρίσῃ.

Deus enim noster Jesus Christus conceptus est ex Mariâ, secundùm dispensationem Dei, ex semine quidem *David*, Spiritu autem sancto. Qui natus est, & baptizatus est, ut passione aquam purificaret.

Ex Græco Ignatii, quem habemus textu. *Ex vetere vulgatâ versione Latinâ.*

Ὁ γὰρ τοῦ Θεοῦ υἱὸς, (ὁ πρὸ αἰώνων γεννηθεὶς, καὶ τὰ πάντα γνώμῃ τοῦ Πατρὸς συστησάμενος) ἦν ἐκυοφορήθη ἐν Μαρίᾳ, κατ' οἰκονομίαν Θεοῦ, ἐκ σπέρματος μὲν Δαβὶδ, καὶ Πνεύματος δὲ ἁγίου.

Filius autem Dei (qui ante secula genitus est, & omnia dispositione Patris constituit) ipse in utero portatus est à Mariâ, secundùm Dei dispositionem, ex semine *David*, & Spiritu

Ἰδὼ γὰ, φησὶν, ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσουσι Ἐμμανουήλ. ἵνα βαπτισθῇ ὑπὸ Ἰωάννου, ἵνα πληροφορήσῃ τὴν διάταξιν τὴν ἐγχειρισθεῖσαν τῷ Προφήτῃ.

ritu sancto. Ecce enim, inquit, Virgo in utero concipiet, & pariet filium: & vocabitur nomen ejus Emmanuel. Ipse baptizatus est à Johanne; ut fidelem faceret ordinationem, quæ tradita est Prophetis à Deo.

II.

Ex Theodoreto in Ἀτρέπτῳ.

Εἰπὸν κατ' ἄνδρα καινῇ πίστις ἐν τῇ χάριτι ἐξ ὀνόματος συνέρχεσθε, ἐν μιᾷ πίστει, καὶ εἰς Ἰησοῦν Χριστὸν, κατὰ σάρκα ἐκ γένους Δαβὶδ, τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου καὶ υἱὸν τοῦ Θεοῦ.

Ex Gelasio in lib. de duab. naturis in Christo.

Singuli viri communiter omnes ex gratiâ, ex nomine convenite in unam fidem, & in uno Jesu Christo, secundùm carnem ex genere *David*, filio Hominis & filio Dei.

Ex nostro Ignatii interprete.

Quoniam qui secundùm virum communiter omnes in gratiâ ex nomine convenitis in unâ fide & in Jesu Christo, secundùm carnem ex genere *David*, filio Hominis, & filio Dei.

Ex Græco Ignatii, quem habemus, textu.

Πάντες ἐν χάριτι ἐξ ὀνόματος συναθροίζεσθε καινῇ ἐν μιᾷ πίστει Θεοῦ Πατρὸς, καὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ υἱοῦ, τοῦ καὶ πρωτοτόκου πάσης κτίσεως, κατὰ σάρκα δὲ ἐκ γένους Δαβὶδ, ἐφοδηγήμενοι ὑπὸ τοῦ Παρακλήτου.

Ex vetere vulgatâ versione Latinâ.

Omnes in omnibus, in gratiâ, in ejus nomine congregamini communiter; in unâ fide Dei Patris, & Christi Jesu Filii ejus unigeniti, & primogeniti totius creationis, secundùm carnem quidem ex genere *David*: eruditi à Paracleto.

Ex epistolâ ad *Trallianos* citatur à *Theodoreto*, in eodem Dialogo, hic locus; quem, cum Latinâ nostri interpretis versione Φραγελλίῳ oppositâ, etiam hîc subjicimus.

Καταῴδητε ὧν, ὅταν χωρὶς Ἰησοῦ Χριστοῦ ὑμῖν λαλῇ τις, τὸν ἐκ γένους Δαβὶδ, τὸν ἐκ Μαρίας,

Obsurdescite, quando vobis sine Jesu Christo loquitur quis: qui ex genere *David*, qui ex Mariâ; qui

ἐκ ἀληθῶς ἐγεννήθη, ἔφαγέ τε καὶ ἔπιεν ἀληθῶς, ἐδιώχθη ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, ἐσταυρώθη, καὶ ἀπέθανε βλεπόντων τῶν ἐπιγείων καὶ ἐπουρανίων καὶ καταχθονίων.

verè natus est, comedit & bibit verè, persecutionem passus est sub *Pontio Pilato*, verè crucifixus est, & mortuus est aspicientibus cœlestibus & terrestribus & infernalibus.

At nostræ editiones duplo auctiorem hunc locum nobis exhibent: sic enim habet textus Græcus, cum editione vulgatâ Latinâ, satis infeliciter ex eo expressâ.

Κωφώθητε οὖν, ὅταν ὑμῖν χωρὶς Ἰησοῦ Χριστοῦ λαλῇ τις, τοῦ ὢν ἐκ γένους Δαβὶδ, τοῦ ἐκ Μαρίας. ὃς ἀληθῶς ἐγεννήθη καὶ ἐκ Θεοῦ καὶ ἐκ Παρθένου, ἵνα ἔχῃ ὠφελιμότης· (ἔστι γὰρ τοῦτο, Θεὸς καὶ ἄνθρωπος·) ἀληθῶς ἀνέλαβε σῶμα· (ὁ λόγος γὰρ σὰρξ ἐγένετο) καὶ ἐπολιτεύσατο ἀνὰ μέσον ὑμῶν· (Τίς γάρ, φησὶν, ἐξ ὑμῶν ἐλέγχει με περὶ ἁμαρτίας;) ἔφαγε καὶ ἔπιεν ἀληθῶς· ἐσταυρώθη καὶ ἀπέθανεν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου. ἀληθῶς δὲ, καὶ ὡς ἐδοκίμασεν, ἐσταυρώθη καὶ ἀπέθανε, βλεπόντων οὐρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων.

Obturate ergo aures vestras, quando vobis quis sine Jesu Christo filio Dei loquitur, qui factus est ex semine *David*, per *Mariam*, qui verè natus est ex Deo & ex Virgine: quia hoc ipsum est quod & Deus. Suscepit enim verè corpus: Verbum, inquit, caro factum est; & habitavit sine peccato in nobis. Quis enim, inquit, ex vobis arguet me de peccato? Manducavit enim verè & bibit; & crucifixus est, & mortuus sub *Pontio Pilato*. Sed &, secundùm placitum voluntatis suæ, verè crucifixus est, & verè mortuus videntibus cœlestibus, & terrestribus, & infernis.

Ubi, ex iis quæ minio signata vides, quum nonnulla adversùs hæreticos, quibuscum *Theodoretus* disputat, (qui Filium Dei verum corpus assumpsisse negaverunt) vel maximè faciant: quis ea prætermissurum illum fuisse credat, si in *Ignatio* qui suo tempore extabat ita scripta reperisset?

Ex epistolâ *Ignatii* ad *Romanos* longinsculum profertur fragmentum ab *Eusebio Cæsariensi*, in 3° Ecclesiasticæ historiæ libro, κιθ. λς. ubi post verba illa, πῦρ καὶ σταυρὸς, θηρίων τε συστάσεις, in vulgatis Græcis *Ignatii* codicibus dictiones hæ duæ, ἀνατομαὶ, διαιρέσεις, in Latinis abscissio, separatio interpositæ conspiciuntur; quas à nostro Interprete, non minùs quàm ab

Eusebio & ejus Latino interprete *Rufino*, atque *Hieronymo* in Ecclesiasticorum scriptorum Catalogo (ubi agit de *Ignatio*) abesse invenimus.

Ex epistolâ ad *Smyrnæos* aliud, eodem in loco, ab *Eusebio* producitur testimonium: quod in *Hieronymi* quoque Catalogo, & a *Theodoreti* Dialogo qui Ἀσύγχυτος inscribitur, ita legitur.

Ex Eusebio & Theodoreto.	*Ex Rufinianâ Eusebii versione.*	*Ex Hieronymi Catalogo.*	*Ex nostro Interprete.*
Ἐγὼ γὰρ (*Theodoret.* δὲ) καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν, ἐν σαρκὶ αὐτὸν οἶδα, καὶ πιστεύω ὄντα· καὶ ὅτε πρὸς τοὺς περὶ Πέτρον ἦλθεν, ἔφη αὐτοῖς· Λάβετε, ψηλαφήσατέ με, καὶ ἴδετε, ὅτι οὐκ εἰμὶ δαιμόνιον ἀσώματον. καὶ εὐθὺς αὐτοῦ ἥψαντο, καὶ ἐπίστευσαν.	Ego autem post resurrectionem quoque in carne eum fuisse scio & credo. Nam cùm venisset ad *Petrum* cæteróſq; ait eis: Accedite, & videte, quia non sum dæmoniũ incorporeum. qui & contingentes eum crediderunt.	Ego verò & post resurrectionem cum in carne vidi, & credo quia sit. & quando venit ad *Petrum*, & ad eos qui cũ *Petro* erant, dixit eis: Ecce pálpate me, & videte, quia nó sum dæmonium incorporale. & statim tetigerunt eũ, & crediderunt.	Ego enim & post resurrectionem in carne ipsum vidi, & credo existentem: & quando ad eos qui circa *Petrum* venit, ait ipsis: Apprehendite, palpate me, & videte, quoniã non sum dęmonium incorporeũ. & confestim ipsũ tetigerunt, & crediderunt.

Atqui in vulgatis nostris, tùm Græcis tum Latinis, *Ignatii* exemplaribus complura alia interpolita sunt; quæ minio hîc notata licet conspicere.

Ex Græco Ignatii textu.	*Ex versione vulgatâ Latinâ.*
Ἐγὼ δὲ οὐκ οἶδα ἐν τῷ γεννᾶσθαι καὶ σταυροῦσθαι γινώσκω αὐτὸν ἐν σώματι γεγονέναι μόνον, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐν σαρκὶ αὐτὸν οἶδα, καὶ πιστεύω ὄντα. καὶ ὅτι ὅτε πρὸς τοὺς	Ego autem non solùm natum eum & crucifixum in corpore factũ scio: sed etiam post resurrectionem in carne eum novi, & credo esse. Et quando ad

περὶ Πέτρου ἦλθεν, ἔφη αὐτοῖς· Λάβετε, ψηλαφήσατέ με, καὶ ἴδητε, ὅτι οὐκ εἰμὶ δαιμόνιον ἀσώματον. πνεῦμα γὰρ σάρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει, καθὼς ἐμὲ θεωρεῖτε ἔχοντα· καὶ τῷ Θωμᾷ λέγει· φέρε τὸν δάκτυλόν σου ὧδε εἰς τὸν τύπον τῶν ἥλων, καὶ φέρε τὴν χεῖρά σου, καὶ βάλε εἰς τὴν πλευράν μου· καὶ οὐδὲν ἄπιστος.

ad eos qui cum *Petro* erant venit, ait illis: Palpate me, & videte, quia non ſum dæmonium incorporeum. Spiritus enim carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere. Et *Thomæ* dicit: Injice digitum tuum in fixuram clavorum, & affer manum tuam, & mitte in latus meum; & noli eſſe incredulus, ſed fidelis. Et ſtatim crediderunt.

Ex eâdem epiſtolâ, in eodem 2° Dialogo, citatur à *Theodoreto* & hæc ſententia.

Theodoret.	*Noſter Ignatii interpres.*
Μετὰ δὲ τὴν ἀνάστασιν, καὶ συνέφαγε καὶ συνέπιε αὐτοῖς, ὡς σαρκικῶς καὶ παθητικῶς ἡνωμένος τῷ Πατρί.	Poſt reſurrectionem autem comedit cum eis & bibit, ut carnalis, quamvis ſpiritualiter unitus Patri.

quum hodie legamus, in

Græco Ignatii textu.	*Editione vulgatâ Latinâ.*
Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ μετὰ τὸ ὀφθῆναι ἑαυτὸν αὐτοῖς, ὅτι ἀληθῶς ἀλλ' ὡς τῷ ὄντι ἀνέστη, καὶ συνέφαγεν αὐτοῖς καὶ συνέπιεν, ἄχρις ἡμερῶν ὅλων τεσσαράκοντα.	Nam & poſtquàm oſtendit ſe eis, quia verè & non putativè reſurrexiſſet; manducavit cum eis & bibit per dies quadraginta.

Superſunt loca tria alia, ex eâdem epiſtolâ à *Theodoreto* citata, in Dialogo primo qui Ἀτρέπτου nomen præfert: licèt ibi, librariorum vitio, epiſtola ad Ῥωμαίους poſita ſit, pro eâ quæ eſſe debebat ad Σμυρναίους. quod [g] *Maſtræo* errandi occaſionem præbuit, epiſtolam ad *Romanos* inter illas connumeranti, è quibus Eccleſiæ doctrinam confirmat *Theodoretus*.

[g] Mæſtr. in epiſt. Ignat. pag. 17.

I 2

Theodoret.	*Noſter Ignatii interpres.*
Πεπληροφορημένους ἀληθῶς εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν, ὄντα ἐκ γένους Δαβὶδ κατὰ σάρκα,	Certificatos in Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, verè exiſtentem de genere *David* ſecundùm carnem,

filium

υἱὸν Θεοῦ κατὰ θέλημα καὶ δύναμιν, γεγεννημένον ἀληθῶς ἐκ παρθένου, βεβαπτισμένον ὑπὸ Ἰωάννου ἵνα πληρωθῇ πᾶσα δικαιοσύνη ὑπ' αὐτοῦ, ἀληθῶς ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου καὶ Ἡρῴδου τετράρχου καθηλωμένον ὑπὲρ ἡμῶν σαρκί.

filium Dei ſecundùm voluntatem & potentiam Dei, genitum verè ex Virgine, baptizatum à *Johanne* ut impleatur omnis juſtitia ab ipſo, verè ſub *Pontio Pilato* & *Herode* Tetrarchâ clavifixum pro nobis in carne.

Vulgati verò noſtri codices, quibuſdam additis, quibuſdam demptis & tranſpoſitis, ita locum exhibent.

Græcus Ignatii textus.

Πεπληροφορημένους, εἰς ἀληθῶς, εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ ὄντα, τὸν πρωτότοκον πάσης κτίσεως, τὸν Θεὸν Λόγον, τὸν μονογενῆ υἱὸν, ὄντα δὲ ἐκ γένους Δαβὶδ κατὰ σάρκα, ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου, βεβαπτισμένον ὑπὸ Ἰωάννου ἵνα πληρωθῇ πᾶσα δικαιοσύνη ὑπ' αὐτοῦ, πολιτευσαμενον ὁσίως ἀνὰ ἁμαρτίαν, καὶ ὄντα ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου καὶ Ἡρῴδου τοῦ τετράρχου καθηλωμένον ὑπὲρ ἡμῶν ἐν σαρκὶ ἀληθῶς.

Vetus verſio Latina.

Verè ad plenum inſtructos in Domino noſtro Jeſu Chriſto, filio Dei, primogenito totius creaturæ, Deo Verbo, unigenito Filio: qui eſt ex genere *Davidi* ſecundùm carnem, ex *Mariâ* Virgine; baptizatus à *Johanne*, ut adimpleretur in eo omnis juſtitia. qui converſatus ſanctè ſine peccato, ſub *Pontio Pilato* & *Herode* Tetrarchâ verè clavis confixus eſt pro nobis in carne.

II.

Theodoret.

Τί γὰρ ὠφελεῖ, εἴπερ με ἐπαινεῖ τις, τὸν δὲ Κύριον μου βλασφημεῖ, μὴ ὁμολογῶν αὐτὸν σαρκοφόρον; ὁ δὲ τοῦτο μὴ λέγων, τελείως αὐτὸν ἀπήρνηται ὡς νεκροφόρον.

Noſter Ignatii interpres.

Quid enim juvat me quis, ſi me laudat, Dominum autem meum blaſphemat, non confitens ipſum carniferum? Qui autem hoc non dicit, ipſum perfectè abnegavit, exiſtens mortifer.

Græcus Ignatii textus.

Τί γὰρ ὠφελεῖ, εἰ ἐμὲ ἐπαινεῖ τις, τὸν δὲ Κύριον μου βλασφημεῖ, μὴ ὁμολογῶν αὐτὸν

Vulgata verſio Latina.

Quid enim me juvat, ſi me quis laudaverit, Dominum autem blaſphemaverit; ſi non eum confeſſus

σαρκοφόρον Θεόν; ὁ δὲ τοῦτο μὴ λέγων, τελείως αὐτὸν ἀπίρνηται, ὡν νεκροφόρος.

ſus fuerit incarnatum eſſe Deum? Hoc autem qui non dixerit, perfectè eum negat, ſicut mortuum bajulans.

Ubi obſervare licet, *Dei* nomen in vulgatis noſtris tam Græcis quàm Latinis codicibus interpoſitum, ut à *Theodoreto* ita etiam à noſtro interprete abeſſe: & in fine, duos veteres Latinos *Ignatii* interpretes, diverſas in ſuis exemplaribus reperiſſe lectiones. Noſter enim qui, *exiſtens mortifer*, reddidit, vulgatam Græci textûs lectionem, ὢν νεκροφόρος, eſt ſecutus: quum alterius verſio illa, *ſicut mortuum bajulans*, ὡς νεκροφόρον *Theodoreti* propiùs exprimat. In veteribus autem Latino Græcis Gloſſariis, *Veſpillo* & *Pollinctor*, νεκροφόρος redditur.

III.

Theodoret.

Εἰ γὰρ τῷ δοκεῖν ταῦτα ἐπεσχέθη ὑπὸ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, κἀγὼ τῷ δοκεῖν δέδεμαι. τί δὲ καὶ ἑαυτὸν ἔκδοτον δέδωκα τῷ θανάτῳ, θηρὶ πυρὶ, θηρὶ μάχαιραν, θηρὶ θηρία; ἀλλ' ὁ ἐγγὺς μαχαίρας, ἐγγὺς Θεοῦ. μόνον ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, εἰς τὸ συμπαθεῖν αὐτῷ, πάντα ὑπομένω, αὐτοῦ με ἐνδυναμοῦντος τοῦ τελείου ἀνθρώπου, ὃν τινες ἀγνοοῦντες ἀρνοῦνται.

Noſter Ignatii Interpres.

Si autem ſecundùm videri hæc operata ſunt à Domino noſtro: & ego ſecundùm videri ligor. Quid autem & meipſum traditum dedi morti, ad ignem, ad gladium, ad beſtias? Sed prope gladium, prope Deum: inter medium beſtiarum, inter medium Dei. Solùm in nomine Jeſu Chriſti, ad compati ipſi, omnia ſuſtinebo; ipſo me fortificante, qui perfectus homo factus eſt: quem quidam ignorantes abnegant.

Græcus Ignatii textus.

Εἰ γὰρ τῷ δοκεῖν ἐν σώματι γέγονεν ὁ Κύριος, κἀγὼ τῷ δοκεῖν ἐσταυρώθη, καὶ γὰρ τῷ δοκεῖν δέδεμαι· τί δὲ καὶ ἑαυτὸν ἔκδοτον δέδωκα τῷ θανάτῳ, θηρὶ πυρὶ, θηρὶ μάχαιραν, θηρὶ θηρία; ἀλλ' οὐ τῷ δοκεῖν, ἀλλὰ τῷ ὄντι πάντα ὑπομένω διὰ Χριστὸν, εἰς

Vulgata editio Latina.

Si enim putativè in corpore fuit Dominus, & putativè crucifixus eſt: ergo & ego putativè vinctus ſum. Quare autem & meipſum tradidi ad mortem, ad ignem, ad gladium, ad beſtias? Sed non putativè, ſed verè omnia ſuſtineo propter Chriſtum, ad

τὸ συμπαθεῖν αὐτῷ, ἀυτῷ με συμπαθοῦντος· (ὃ γὰρ μοι πεποίθειν δεῖν·) ὃν τινὲς ἀγνοοῦντες, ἠρνήσαντο.

compatiendum ei; ipso me confortante: quia non est mihi tanta virtus. Quem profectò quidam ignorantes, negaverunt.

Ubi vides, nostro Interpreti egregiè cum *Theodoreto* convenire: si unicum illud membrum demas, hîc superadditum; *inter medium bestiarum, inter medium Dei.* cujus generis & alia quædam (licèt numero pauca) Versioni huic inferta leguntur, quæ *Ignatii* γνήσια esse haud facilè quisquam dixerit. Ut ex eâ solâ integritati suæ restitui posse *Ignatium*, polliceri non ausim: nisi alterius exemplaris subsidium accesserit; vel *Græci*, cujus ex Bibliothecâ *Florentinâ* obtinendi spes mihi nuper est injecta non exigua; vel saltem *Syriaci*, quod *Romæ* reperiri adhuc posse non despero. Ibi enim, ni fallor, *Ignatius* recentior Patriarcha *Antiochenus* (qui sub *Gregorio* XIII Reformationi Calendarii interfuit) vitam finiens, Chaldaicos & Arabicos suos libros reliquit: inter quos *Ignatii* etiam nostri *Epistolas* Chaldaicâ sive Syriacâ linguâ exaratas extitisse, ex Catalogo eorum didici, quem inde in *Angliam* secum adduxit Vir Clarissimus & mihi dum vixit conjunctissimus, patriæ suæ immortale decus, D. *Henricus Savilius.*

Interim, cùm ex superiori collatione abundè nobis constet, à nostro Interprete primævam quâ Veteres illi sunt usi lectionem proximè fuisse expressam, à quâ vulgati nostri & Græci & Latini codices longè multúmque discesserint: Versionem illam integram, utcunque aliâs barbaram atque inconditam, uti se habebat, Lectori communicare visum fuit; intra uncos [ ] inclusis iis quæ à vulgatis libris aberant, & ad exteriorem marginem numeris appositis, Græci contextûs paginarum, huic interpretationi respondentium, indicia ostendentibus. Ipsum verò Græcum ita exhibere collibuit, ut minio signarentur quæ à nostro aberant Interprete; & ad interiorem marginem adscriberentur numeri, Notarum seriem indicantes, in quibus Græcæ editionis cum utrâque Latinâ vetere versione brevis instituta est comparatio. Et hoc est, quod in hâc *Polycarpianæ Ignatianarum Epistolarum Syllogæ*, de quâ solâ initio cogitaveramus, editione jam præstitimus.

CAP. V.

CAP. V.

De ſex aliarum Epiſtolarum, à media ætate Græcis Ignatio adſcriptarum, authoritate: ubi & de quibuſdam compoſitionum & locutionum formulis Ignatio familiaribus, quas harum epiſtolarum parens, & ſex genuinarum interpolator, ſtudioſè retinendas ſibi putavit.

EX *Polycarpianâ* Epiſtolarum *Ignatianarum* Syllogè, eam quæ ipſi *Polycarpo* inſcripta proſtat, in II. hujus Diſſertationis capite jam excluſimus. *Quinque* reliquas, quas in poſteriorem Græcarum Epiſtolarum *Ignatio* adſcriptarum claſſem conjecimus, in eâ haudquaquàm extitiſſe, earúmque & *Euſebium* & *Hieronymum* fuiſſe inſcios, innuit primùm [a] *Baronius*, planè deinde & plenè *Gretſerus* extulit; quare illi Epiſtolas haſce non commemoraverint, *cauſam* iſtam fuiſſe aſſerens. [b] *quia non viderant, niſi illam Epiſtolarum collectionem, quæ facta fuerat à S. Polycarpo: qui illas duntaxat quas B. Ignatius, Smyrnæ primùm, & poſteà Troade ſcripſerat, unum in volumen comportavit.* Ipſe quoque *Bellarminus* in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis, quem diſcipulis ſuis deſcribendum tradidit, *de iſtis nihil certi habere* ſe profeſſus eſt: *niſi mirum eſſe, eas ad manus Hieronymi non veniſſe, nec Euſebii, nec Theodoreti, nec aliorum veterum qui priores aliquoties citant.* Et licèt in libro typis excuſo, *ob ſtyli ſimilitudinem, & ſpiritum verè Apoſtolicum, à viris doctis omninò recipi* affirmet: tamen *ad manus Euſebii & Hieronymi non pervenisſe*, ibi quoque ingenuè agnoſcit.

[a] Baron. ann. 109. §. 19.

[b] Gretſer. Defenſ. Bellarm. de Verbo Dei, lib. 4. cap. 7.

Quo magis inverecundum animi hîc prodit genium *Petrus Halloixius*: qui in ludicro illo quem *Apologia pro Epiſtolis S. Ignatii* præfixit Dialogiſmo, tot inania profudit verba, ut doceret; *neque Euſebium neque Hieronymum in animo habuiſſe omnes illuſtrium Eccleſiæ virorum codices recenſere*, multóque minùs *Epiſtolarum* omnium quas conſcripſerunt accuratum contexere voluiſſe Catalogum. quum intra iſtos terminos continenda potiùs fuiſſet tota illa diſceptatio: num ea mens

illis eſſet, idque conſilium, ut quænam ab *Ignatio* in extremo itinere, quo totus *Chriſto* plenus martyrium anhelabat, exaratæ fuiſſent Epiſtolæ, omnis intelligeret poſteritas.

Audiamus enim hâc de re loquentem *Hieronymum*, in ſuo Scriptorum Eccleſiaſticorum Catalogo. *Ignatius, Antiochenæ Eccleſiæ tertius poſt Petrum Apoſtolum Epiſcopus, perſecutionem commovente Trajano damnatus ad beſtias, Romam vinctus mittitur. Cúmque navigans Smyrnam veniſſet, ubi Polycarpus auditor Johannis Epiſcopus erat, ſcripſit unam epiſtolam ad Epheſios, alteram ad Magneſianos, tertiam ad Trallianos, quartam ad Romanos: & inde egrediens, ſcripſit ad Philadelphenos, & ad Smyrnæos & propriè ad Polycarpum, commendans illi Antiochenſem Eccleſiam.* Si poſtquàm *Smyrnâ* fuiſſet ille egreſſus, non ſolùm ad *Philadelphenos* & *Smyrnæos*, ſed etiam ad *Tarſenſes*, & *Antiochenſes*, & *Heronem* Diaconum, & *Philippenſes*, ſciviſſet *Hieronymus* aliquas ab eo ſcriptas fuiſſe litteras: quid cauſæ fuiſſe dicemus, cur poſtrema hæc ſacræ ad *Chriſtum* properantis animæ monumenta tam inopportuno ſepeliret ille ſilentio?

Euſebius quoque enumeratarum à ſe *Ignatii* epiſtolarum, aliâ occaſione datâ, ita poſteà meminit. Euſeb lib. 3. hiſtor. cap. 36. Τέτων εἰκότως ἐξ ὀνόματος χαρᾶ μόνων τῶν μνήμης κατατεθείμεθα, ὧν ἔτι καὶ νῦν εἰς ἡμᾶς δι' ὑπομνημάτων τῆς ἀποστολικῆς διδασκαλίας ἡ ἀφήγησις φέρεται· ὥσπερ ἂν καὶ ἐμέλει τῷ Ἰγνατίῳ ἐν αἷς κατελέξαμεν ἐπιστολαῖς, καὶ τῷ Κλήμεντι ἐν τῇ ἀναμολογημένῃ παρὰ πᾶσιν, ἣν ἐκ προσώπου τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας τῇ Κορινθίων διετυπώσατο. *Non abs re eorum duntaxat memoriam nominatim ſcripturæ mandavimus, per quorum monumenta etiamnùm Apoſtolicæ doctrinæ traditio ad nos allata eſt: quemadmodùm Ignatii videlicèt in Epiſtolis quas recenſuimus, & Clementis in Epiſtolâ quæ apud omnes pro indubitatâ habetur, quam in perſonâ Romanæ Eccleſiæ ad Corinthios exaravit.* Si aliarum Epiſtolarum ad eum perveniſſet memoria, quàm quæ in ſuperiore (ad quem nos refert) ab eo poſitæ fuerant Catalogo: an de iſtis magis tacuiſſet ille, quàm de aliis *Clementi* attributis, de quibus hoc ipſo in loco Lectores commonefaciendos putavit?

Certè aliud quod diceret, nihil hîc habebat ipſe *Halloixius*: quàm epiſtolas *ſeptem fuiſſe ab antiquis memoratas*; *ſed eas*, quæ

quæ poſteà ab aliis repertæ ſunt, non fuiſſe excluſas. In quo tantundem nobis concedit, quantum ex veterum illo ſilentio concludi cupiebamus: *antiquis* nimirùm incognitas fuiſſe iſtas Epiſtolas, *Euſebio*, & *Athanaſio*, & *Hieronymo*, & *Theodoreto*, & *Gelaſio*; à quibus nulla alia quàm ex iis, quæ in *Polycarpianâ Sylloge* habebantur, Epiſtolis prolata videmus teſtimonia. An verò quæ *poſteà*, ipſis nimirùm *quatuor* poſt *Ignatii* exceſſum ſeculis, in lucem ſunt productæ, aliquid præjudicii ſecum afferant ad faciendum judicium, utrùm *ab aliis repertæ* an potiùs *confictæ* fuerint; id totum æquis rerum arbitris æſtimandum relinquimus: quibus & illud conſiderandum proponimus, hoc eodem ariete à Johanne Mariâ Braſichellenſi, Pontificii Palatii Magiſtro, (ut de [d] *Baronio* taceamus) duarum quæ ferun- tur *Ignatii* ad *Johannem* mutuarúmque ejuſdem & B. *Mariæ* Epiſtolarum authoritatem eſſe concuſſam; in tomo 1° Indicis librorum expurgandorum, Romæ anno 1607. edito, hanc de illis ferente ſententiam. *Cùm illarum neque Euſebius, nec S. Hieronymus, nec Nicephorus, nec ullus veterum ad D. uſque Bernardum meminerit, qui alioqui accuratè ſcripta Ignatii memoraverint: tutius fuerit eaſdem, vel in Apocrypharum ordinem redigere, aut ſaltem, ut non omninò certas ac genuinas habere.*

d Baron. ann. 48. §. 25.

Neque illa rem quicquam juvat ratio, quâ *Ignatio* Epiſtolas has *Maſtræus* vendicat: [e] *quòd Simeon Metaphraſtes auctor antiquus duodecim epiſtolarum in vitâ illius meminerit, totidémque pratereà vetus Ignatii interpres, ipſo Adone antiquior, è Græco in Latinum commutârit.* Nam nec ille *Simeon* tot numero Epiſtolas *Ignatio* uſpiàm tribuit: nec cauſæ quicquam obeſt, ſi eas de quibus quæritur, non modò *Metaphraſtâ* qui decimo, ſed etiam *ipſo Adone* qui nono poſt *Chriſtum* ſeculo claruit, antiquiores fuiſſe conceſſero. quanquam cum *Vedelio* noſtro non [f] *auſim aſſerere, quarto ſeculo poſt Chriſtum jam ad minimum quatuor earum confictas fuiſſe.* quippe quem non ſatis hîc attendiſſe videam, *quarto* illo ſeculo ipſos vixiſſe *Euſebium* atque *Hieronymum*; quorum temporibus ignoratas fuiſſe has Epiſtolas ille ipſe paulo antè adſtruxerat.

e Mæſtr. Præfat. in notas Ignat.

f Vedel. Apolog. pro Ignat. cap. 3.

Atqui de earum *fide*, inquit [g] *Baronius, parùm eſt ut citem vetuſtiſſimos Græcos codices, qui non in Urbe tantùm in diver-*

g Baron. ann. 109. §. 19. & ex eo Greſſerus; ut ſuprà.

sis bibliothecis habentur, sed & aliis ubique locorum; vel Photium in testem adducam: quandoquidem judicio omnium eruditorum, stylo, charactere, aliisque compluribus notis verborum, sententiarum, ac rerum, ex septem illis omnium auctoritate probatis epistolis certam sibi vendicant fidem. adeò ut nulla manifestior vel vehementior de earum integritate possit afferri probatio, quàm ex reliquis epistolis ejusdem Ignatii, contesseratione & connexione quâdam sibi invicem omnibus coherentibus: ut nulla prorsùs de impostura possit oriri suspicio.

Sed foliis farfari leviores comperiemus ampullas istas, si excutiamus paululùm. Nam quod de *vetustissimis* Græcis in *Urbe* codicibus primo in loco affert, tum demùm aliquid efficeret, si illorum ullum ante annos *mille* (ante annum Domini *millesimum*, poteram etiam dicere) fuisse conscriptum, fidem facere potuisset. Quod de *aliis ubique locorum* subjicit, ac si hujus generis codices passim essent obvii, tot editores & correctores Ignatianarum epistolarum inter ipsos Pontificios vanitatis coarguunt; qui in *Germaniis* & *Galliis* toties munere hoc susceptо, nullum omninò manuscriptum exemplar *Græcum* nacti sunt, quo in textu *Ignatii* emaculando juvarentur, præter unicum *Augustanum*: nostris etiam unum tantùm aliud adhibentibus, quod ex Bibliothecâ *Gaspari à Nydprugck* ab *Andreâ Gesnero* typis est excusum. Quod de *Photii* testimonio subjicit, merum est ludibrium: quum in totâ illius Bibliothecâ, quod huc spectet, reperiatur nihil.

Superest styli cum præcedentibus epistolis conformitas, atque sententiarum & rerum similitudo: quæ tanta sanè non est, ut ab eo, qui *Ignatii* personam induere volebat, imitatione non posset effingi. quod tamen infeliciter eum tentavisse, procúlque *à stylo Ignatii vivo, igneo, ac solido loquendi more* exprimendo abfuisse, à [b] *Vedelio* rectissimè est annotatum. Observavit quidem planus iste, qui & genuinas *Ignatii* epistolas incrustavit, & totidem aliarum accessione auxit, quasdam compositionum & locutionum formulas illi familiares: quæ ut studiosè retinerentur, è re suâ fuisse existimavit. Compositionibus τὸ Θεοφόρε in fine, & ἀξίε in principio dictionum, *Ignatium* delectatum fuisse animadverterat. Ut enim ipse Θεοφόρε gessit cognomentum: ita laudati etiam ab eo sunt *Ephesii*, ut Θεοφόροι,

[b] Vedel. Apolog. pro Ignat. cap. 3.

θεοφόροι, πνευματοφόροι, ναοφόροι, ἁγιοφόροι, *Deiferi, ſpiritiferi, templiferi, ſanctiferi.* ἁγιοφόρος quoque voce utitur in epiſtolæ ad *Smyrnæos* ὑπηχαφῇ, ut & σαρκοφόρος & νεκροφόρος in illius contextu. Inde, in epiſtolæ ad *Romanos* inſcriptione, πνευματοφόρος epitheton (inter alia) adjecit illius ſimiolus; & in epiſtolæ ad *Heronem*, πνευματοφόρος ſimul & χριστοφόρος. quâ poſteriore voce ſæpiùs eum uſum videmus: & in epiſtolæ ad *Mariam Caſtabalitam* inſcriptione, & in additionibus epiſtolis ad *Epheſios*, *Smyrnæos* & *Magneſios* interſertis.

In epiſtolâ ad *Epheſios*, ἀξιονόμαστον occurrit πρεσβυτήριον: & ad *Philadelphenos*, ἀξιαγάπητοι καὶ ἀξιοθαύμαστοι. In initio ejuſdem epiſtolæ ad *Epheſios*, & in fine alterius ad *Romanos*, ἀξιομακάριστος. In eâdem ad *Romanos*, uti etiam in aliis, ad *Magneſianos*, *Trallianos*, & *Smyrnæos*, ἀξιόθεος. Et in illâ ad *Magneſianos*, ἀξιοφιλησάτω quoque, & ἀξιοπλόκου legitur vocabulum. Pari ratione, in epiſtolâ ad *Antiochenos*, laudatur *Polycarpus* ut ἀξιοποίμνης epiſcopus; *Maria Caſtabalita*, in aliâ quæ ad eam ſcripta dicitur, ut ἀξιόθεος fœmina ſalutatur: in illâ quoque *Euodius* Antiochenus, in hâc *Clemens* Romanus epiſcopus, ut ἀξιομακάριστος memoratur. *Philadelphenorum* ἀξιοθέῳ ἀγάπῃ ſcribit Epiſtolæ illis directæ interpolator. *Tarſenſium* quoque Eccleſiæ, ἀξιοπενέτῳ, ἀξιομνημονεύτῳ, ἀξιαγαπήτῳ, inſcripta fertur epiſtola: nec comparanda tamen cum tumidâ illâ ὑπηχαφῇ, in quâ tot reperiuntur in Romanam Eccleſiam ſimul congeſta, verùm à *Symeone Metaphraſtâ* haud quaquàm agnita, epitheta; ἀξιόθεος, ἀξιοποίμνης, ἀξιομακάριστος, ἀξιέπαινος, ἀξιοπρόσλητος, ἀξίαγνος.

In epiſtolâ ad *Smyrnæos*, Ἀνάψυχον ὑμῶν τὸ πνεῦμά μου, apud *Ignatium* legitur. & ſub finem epiſtolæ ad *Epheſios*; Εἴλου ὑμῶν ἀνάψυχον. Atque hinc illa in ſubdititiis epiſtolis toties inculcata. Ἀνάψυχον ἐγὼ τὸν ἐφεσιακοῖς ὀπαδόν: ad *Polycarpum*. Ἀνάψυχον ὑμῶν γενοίμην, &, ἵ ἀνάψυχον γενοίμην: ad *Antiochenos*. Ἀνάψυχόν σε ἐγὼ ὁ δίσμος, &, ἵς ἀνάψυχον γενοίμην: ad *Heronem*. In maſculino quoque genere, ad *Mariam*: Ἀναψυχές σε γενοίμην ἐγὼ. ad *Tarſenſes*: Ἀναψυχος ἐγὼ τὸν φυλαττόντων ταύτην τὴν εὐταξίαν. ad *Philippenſes*: ὃν ἐγὼ ἀναψυχος γενοίμην. & ad *Polycarpum* rurſùm: Σὺ ἀναψυχος ἐγὼ, καὶ τὰ δεσμά μου ἃ ἠγάπησας.

Voto quoque illo *Paulino*, in epiſtolâ ad *Philemonem*, per verbum

verbum Ὀναίμην concepto, non ſemel uſum fuiſſe *Ignatium*, animadvertimus. In epiſtolâ ad *Epheſios*: Ὀναίμην ὑμῶν διὰ παντὸς. & ad *Magneſianos* conſimiliter: Ὀναίμην ὑμῶν ἐν πάντα. & in eâdem epiſtolâ, de *Zotione* diacono: ἅ ἐγὼ ὀναίμην. & in epiſtolâ ad *Romanos*: Ὀναίμην τῶν ἐμοὶ ὑπομασμένων. Indéque prodierunt illa, ab interpolatore ejus repetita. in ipſo fine epiſtolæ ad *Trallianos*: Ὀναίμην ὑμῶν ἐν Κυρίῳ. & in epiſt. ad *Philadelphenos*: Ὀναίμην ὑμῶν τῆς ἑνώσεως. ſæpiſſimè verò in novis ab eo additis Epiſtolis, ut ad *Mariam Caſtabalitam*: Ὀναίμην ἐν ὑμῖν ἐμοὶ ὑποτασσόμενον. ad *Tarſenſes*: Ὀναίμην ὑμᾶς ἐν Κυρίῳ. & Ὀναίμην ὑμῶν τῶν ἐφεσινῶν. ad *Philippenſes*: ὧν ἐγὼ ὀναίμην. ad *Polycarpum*: ἅ ὀναίμην ἐν Θεῷ. &, Ὀναίμην ὑμῶν διὰ παντός. ad *Antiochenos*: ὧν ὀναίμην ἐν κυρίῳ Ἰησοῦ. &, ἅ ἐγὼ ὀναίμην ἐν Χριστῷ. ad *Heronem* quoque Diaconum: Ὀναίμην σε παιδίον ποθεινόν. & de reliquis etiam diaconis ibidem: ὧν ἐγὼ ὀναίμην ἐν Χριστῷ.

Humilitatem ſuam expreſſerat *Ignatius*, in illis epiſtolæ ad *Epheſios*. Οὐ διατάσσομαι ὑμῖν ὡς ὢν τὶ· εἰ γὰρ καὶ δέδεμαι διὰ τὸ ὄνομα ἀυτοῦ, ὕπω ἀπήρτισμαι ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ. *Non præcipio vobis, quaſi ſim aliquid: quamvis enim vinctus ſum propter nomen ejus, necdum tamen perfectus ſum in Chriſto Jeſu.* Idem quoque ſibi faciendum putavit, qui eum effingere volebat, in epiſtolâ ad *Tarſenſes*. Ταῦτα οὐκ ὑπατάσσω, ὡς ὢν τὶ, εἰ καὶ δέδεμαι, ἀλλ' ὡς ἀδελφὸς ὑπομιμνήσκω. *Hæc non præcipio vobis quaſi ſim aliquid, tametſi vinctus: verùm ut frater, commonefacio.* Et quum in eandem ſententiam dixiſſet genuinus *Ignatius*, in epiſtolâ ad *Romanos*; Οὐχ' ὡς Πέτρος καὶ Παῦλος διατάσσομαι ὑμῖν, *Non ut Petrus & Paulus præcipio vobis*: & in epiſtolâ ad *Trallianos*; Οὐχ' ὡς Ἀπόστολος διατάσσομαι, ἀλλ' ἐμαυτὸν μετρῶ, *Non ut Apoſtolus vobis præcipio, ſed meipſum metior.* epiſtolæ ad *Philadelphenos* interpolator eundem loquendi modum affectavit: Ταῦτα οὐχ' ὡς Ἀπόστολος διατάσσομαι, *Hæc non ut Apoſtolus præcipio.* & in epiſtolâ ad *Antiochenos*, artifex idem: Ταῦτα οὐχ' ὡς Ἀπόστολος παραγγέλλομαι, ἀλλ' ὡς σύνδουλος ὑμῶν ὑπομιμνήσκω ὑμᾶς. *Hæc non ut Apoſtolus impero, ſed ut conſervus veſter commonefacio vos.*

Sed & in epiſtolam ad *Tarſenſes* & *Mariam Caſtabalitam*, ex genuinâ ad *Romanos* epiſtolâ, integras etiam periodos αὐτολεξεὶ traduxiſſe impoſtorem iſtum, cæteráſque à ſe confictas, eodem

eodem planè modo quo germanas, crebrorum & parùm neceſſariorum Scripturæ teſtimoniorum interjectione oneraviſſe potiùs quàm ornaviſſe animadvertimus: ut, hiſce omnibus ritè conſideratis, mirum cuipiam videri non debeat, ſi aliquanta hîc ſtyli & ſententiarum deprehenſa fuerit uniformitas.

CAP. VI.

Sexto poſt Chriſtum ſeculo videri injuriam hanc Ignatio factam; & quidem ab eodem artifice, qui veteres L. Canones Eccleſiaſticos, ob antiquitatem Apoſtolicos dictos, XXXV. novorum adjectione auxit, & Pſeudo-Clementinarum Conſtitutionum libros VIII. (Apoſtolorum quoque nomen præferentes) variè interpolavit atque immutavit: & quodnam tùm Veterum tùm Recentiorum de Canonibus iſtis Apoſtolicis fuerit judicium.

SI quæras, quo tempore corruptelam hanc paſſus fuerit *Ignatius*: illud tantùm quod dicam habeo; ante ſextum poſt *Chriſtum* ſeculum, vel ex ſubditiis ſex illis epiſtolis, vel ex centonibus quibus alteræ ſex germanæ ſunt auctæ, nullum adhuc me reperiſſe à Veterum quopiam productum teſtimonium. Nam commentitias illas inter primos citârunt, *Anaſtaſius* Presbyter, *Antiochus* Monachus, *Johan. Damaſcenus*, & *Antonius* in Meliſſâ: centones verò, in editione noſtrâ minio ſignatos, *Stephanus Gobarus* Tritheita circa annum DLXXX. *Anaſtaſius* Patriarcha Antiochenus circa annum DXCV. & Anonymus ille qui circa annum DCXXX. *Conſtantinopolitanum* edidit Chronicon, cui alii *Siculorum* Faſtorum, Scaliger *Caſauboniani* & Raderus *Alexandrini* Chronici nomen impoſuit. *Primus* enim [a] *Ignatium* inter eos numerans, qui *Nicolaitarum* quidem damnabant hæreſim, ſed ejus *Nicolaum* ipſum reum fuiſſe negabant; ad Νικολαΐτας illos ψευδωνύμους proculdubio reſpexit, in epiſtolâ ad *Trallianos* & *Philadelphenos* ab interpolatore memoratos. *Secundus*, epiſtolæ ſuæ ad *Gregorium* I. Romanum Pontificem, [b] ex *Ignatio*, illud *AMEN, GRATIA*, intexens; vulgatâ

[a] Steph. Gobar. in Photii Bibliothecâ, num. 232.

[b] Gregor. Regeſt. lib. 4. Indict. 13. Epiſt. 37.

gatâ noſtrâ editione Græcâ uſum ſe oſtendit, in quâ ad finem epiſtolæ ad *Epheſios* & *Polycarpum* apponitur, Ἀμὴν, ἦ χάεις. *Tertium* verò, [e] ex epiſtolâ ad *Trallianos* longum περὶ ἐνσάρκου οἰκονομίας τῆς Σωτῆρος profert fragmentum (à verbis illis, Ἀληθῶς τοίνυν ἐγεννήσε Μαρία τὸ σῶμα, uſque ad illud, Ἀπέθανεν ἀληθῶς, καὶ ἐτάφη, καὶ ἠγέρθη ἐκ νεκρῶν) quod, ut à noſtro Interprete omninò prætermittitur, miniatis in hâc editione literis ſignatum reperies.

[e] Chronic. Alexandrin. à Matth. Radero edit. pag. 526.

Quantum igitur ex hiſce poſſum colligere; *ſexto* poſt Chriſtum ſeculo prodiit amplior hæc, quæ in noſtris codicibus hodie fertur, Ignatianarum epiſtolarum Sylloge: & quidem (niſi me fallo) ex eâdem officinâ, unde *Apoſtolorum* qui dicuntur *Canones*, novorum capitulorum XXXV. adjectione habemus auctos, & *Conſtitutiones* ita immutatas, ut priſtinam quam obtinuerant ſpeciem, non (ut Epiſtolæ iſtæ noſtræ) amiſerint modò, ſed etiam planè perdiderint. Ex quibus novitiis Canonibus, libróque Conſtitutionum V°. & VII°. *Niceta Pectorato*, ob feriæ quartæ neglectum & Sabbati obſervatum jejunium Latinos coarguenti, ita reſpondit olim *Humbertus Silva Candida* epiſcopus. *Et hoc aſſerere conaris ex apocryphis libris & canonibus, pari ſententiâ ſanctorum Patrum repudiatis. Nam Clementis librum, id eſt, Petri Apoſtoli Itinerarium, & Canones Apoſtolorum numeraverunt inter apocrypha; exceptis capitulis quinquaginta, quæ decreverunt regulis orthodoxiæ adjungenda. Unde nos quoque omne apocryphum abjicientes, dedignamur audire eorum fabuloſas traditiones:* * *quia non ſunt ut lex Domini.*

* Pſalm. 119. (al. 118.) 85.

De iiſdem etiam, quid noſtris temporibus *Gab. Albaſpinus* (vir antiquorum Eccleſiæ rituum ſcientiſſimus) ſenſerit, operæ pretium fuerit intelligere. [d] *Si quis eſſet* (ait ille) *qui Canones Apoſtolorum, & D. Clementis Conſtitutiones, Apoſtolorum authoritate ſancitas publicatáſque certò affirmaret; imperitus cenſeretur. nam qui antiquarum conſuetudinum gnari, quo quidque tempore aut loco obſervari deſitum ſit, aut mutari captum nôrunt; de iis ne dubitare quidem poſſunt. Multa ſunt in iis adeò clarè dilucidéque explicata & conſtituta, ut de eorum ſenſu dubitari non poſſit; quæ tamen tertio quartóque ſeculo ſummâ contentione diſputata ſunt. Hujuſmodi ſunt Sabbathorum*

[d] Albaſpin. Obſervat. lib. 1. cap. 13.

Sabbatorum jejunia, Pœnitentium (hoc eſt, adulterorum, ſicariorum, & idololatrarum) receptio; De baptiſmo hæreticorum. Si canones iſti conſtitutionéſque ab Apoſtolis probatæ ſanctaque fuiſſent: quis exiſtimet ea in dubium fuiſſe revocanda, quæ ab Apoſtolis decreta ſanctáque fuiſſent? An adeò ignorantes erant illius ætatis Patres, ut, ſi extitiſſent illi Apoſtolorum Canones, eos continùo non produxiſſent?

Audiamus jam, & pauliſper expendamus, quod de *Apoſtolorum* (ut appellantur) *Canonibus*, à Cardinale *Bellarmino*, in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis, eſt traditum. *De canonibus* (inquit) *Apoſtolorum à Clemente ſcriptis, major eſt difficultas. Nam ab unâ parte Tertullianus, in libro adverſus Praxeam, ſcribit canones Apoſtolorum eſſe nobis per manus traditos. Sanctus quoque Athanaſius, in Synopſi, eos numerat inter hagiographa. Synodus Trullana c. 2. recipit canones Apoſtolorum octoginta quinque. Denique S. Johannes Damaſcenus, lib. 4. de fide orthodoxâ, cap. 18. videtur eos ponere inter ſacras Scripturas. At contrà Gelaſius Papa in Concilio Romano (unde extat caput*, Sancta Romana, *diſt. 15.) expreſſè dicit*; Liber canonum Apoſtolorum apocryphus: *& hoc idem confirmatur, diſt. 16. can. 1, & 2. Sed hæc conciliari poſſunt, ſi dicamus, canones legitimos eſſe ſolùm quinquaginta priores: reliquos non eſſe legitimos, quamvis à Græcis recipiantur.* quò ſpectat illud, inter alia, ex *Urbani* II. epiſtolâ ad Præpoſitum S. *Juentii* (apud *Gratianum*, diſt. 32. ca. *Præter.* § *Sciendum.*) ab eo productum teſtimonium. *Canones Apoſtolorum, quorum auctoritate Orientalis, & ex parte Romana utitur Eccleſia.*

Verùm à priori illâ parte, non eſt quod difficultatem ullam metuamus. Quod enim ex *Tertulliano* terriculamentum eſt objectum, [e] *Sixti Senenſis* eſt error (quem fide implicitâ ſecutus hîc *Bellarminus* eſt, & confidentior per utrumque factus [f] *Poſſevinus*) non pronunciatum *Tertulliani*: apud quem, neque in libro illo adverſùs *Praxeam*, neque in alio ullo (quod ego quidem ſciam) illius ſcripto ejuſmodi quicquam extat. Sed nec in Synopſi *Athanaſii* (ſi is illius author ſit habendus) *Apoſtolicorum Canonum* ulla expreſſa occurrit mentio: & ſi ſub generali *Clementinorum* nomine comprehenſos eos fuiſſe quis contenderit; ſimul etiam meminiſſe debet ab [g] *Euſebio* didiciſſe

[e] Sixtus Senenſis, Bibliothecæ Sanct. lib. 2. in *Clemente.*

[f] *Sciendum eſt à Tertulliano adverſùs Praxeam ſcribi, eos eſſe nobis per manus traditos.* Poſſevin. Apparat. ſac. in *Clemente* I.

[g] Euſeb. lib. 3. hiſt. κεφ. λζ. λη.

ciſſe nos *Clementinorum* nihil ab antiquioribus illis pro genuino fuiſſe agnitum, præter unicam, *Romanæ* Eccleſiæ nomine ad *Corinthios* ſcriptam, epiſtolam. Sequitur *Trullana* Synodi recentior ille Canon, qui non modò veteres illos *quinquaginta* Apoſtolorum Canones, ſed etiam *triginta quinque* ſuperadditos pariter confirmat: quod eum conciliatione *Bellarminianâ* conſiſtere omninò non poteſt. Nam omnium poſtremi *Joh. Damaſceni* nulla ratio hîc habenda: qui Κανόνας τῶν ἁγίων ἀποστόλων διὰ Κλήμεντος, quod piæ aures ferre non poſſunt, libris Scripturarum Canonicis, ſine ullo circuitu planè & plenè annumerat; non *videtur* modò id facere, ut nobis Cardinalis perſuadere voluit.

Conciliationem verò ſuam mutuatus illè ab *Humberto* eſt; qui à Canonibus Apoſtolorum ſententiâ Patrum (Romani Concilii ſub *Gelaſio* habiti) *apocryphorum* notâ ſignatis, *quinquaginta* veteres excipiendos eſſe cenſuit: *triginta quinque* ſuperadditos eâ ratione inter repudiatos connumerans. Nam quod in Canonum horum defenſionis capite xv°. ad alios neſcio quos ab hæreticis fabricatos transferre conatur iſta *Turrianus*, fruſtrà eſt: quum *Nicetæ*, Latinos ob Sabbati jejunium ex canone noſtro 66° (vel 64° ut ille numerat) condemnanti, reſponſum hoc oppoſitum fuiſſe conſtet. In quo tamen quod ab utroque Cardinali *Humberto* & *Roberto*, ut conceſſum ſumitur, probari omnino non poteſt: *librum* nimirùm *Canonum Apoſtolorum apocryphum* in Romanâ LXX. Epiſcoporum Synodo declaratum, plures quàm *quinquaginta* Canones continuiſſe. Cùm enim ſub quinti ſeculi exitum decretum illud fuerit editum; ſub ſequentis ſeculi initium *Dionyſius Exiguus*, Græcos Canones in ſermonem Latinum transferens, non plures quàm *quinquaginta* in ſuis codicibus reperit: de quibus ipſis etiam quid *plurimi* ſenſerint; in Præfatione ſuâ, *Stephanum Salonitanum* Epiſcopum ita commonefaciendum eſſe putavit. *In principio Canones, qui dicuntur Apoſtolorum, de Græco tranſtulimus: quibus quia plurimi conſenſum non præbuere facilem, hoc ipſum ignorare veſtram noluimus ſanctitatem. quamvis poſteà quædam conſtituta Pontificum ex ipſis Canonibus aſſumpta eſſe videantur.* Indéque titulus ille eſt deſumptus, qui non ſolùm in *Creſconianâ Collectione* (vel libro potiùs Canonum

nonum ſimul cum eâ compacto) apud [b] *Baronium*, ſed etiam in vetere Canonum codice, quem *Wigornienſi* Eccleſiæ *Dunſtanus* Archiepiſcopus *Cantuarienſis* contulit, quinquaginta hiſce Canonibus præfixus legitur. *Incipiunt Eccleſiaſticæ Regulæ ſanctorum Apoſtolorum, prolatæ per Clementem Eccleſiæ Romanæ Pontificem: quæ ex Græcis exemplaribus in ordine primo ponuntur. quibus quamplurimi quidem conſenſum non præbuere facilem: & tamen poſteà quædam conſtituta Pontificum ex ipſis Canonibus adſumpta eſſe videntur.*

[b] Baron. ann. 102. §. 10.

Ubi notandum, in *Dionyſianâ* Collectione (quam ſtatim, ut ex [i] *Aur. Caſſiodoro* intelligimus, *uſu celeberrimo Eccleſia Romana eſt complexa*) Canones hoſce Apoſtolicos cum aliis Conciliorum decretis conjunctos primùm fuiſſe. Nam neque in Breviario Canonum, eodem tempore à *Ferrando Carthaginienſis* eccleſiæ diacono edito, locum illi ullum habebant, neque in antiquiore univerſalis Eccleſiæ Canonum codice (quo * *Chalcedonenſis* Synodi Patres ſunt uſi) neque in priſcâ Latinâ ejuſdem Codicis tranſlatione, cujus imperitiâ offenſus *Dionyſius* novam ſuam verſionem adornavit. Unde & *Iſidorus*, *Mercator* dictus, cùm in reliquis Græcorum Conciliorum canonibus antiquam verſionem retinuerit; in *quinquaginta* iſtis *Apoſtolicis*, tranſlatione *Dionyſii* uti coactus eſt: hâc etiam de iiſdem, in Præfatione ſuâ, ad Lectores admonitione præmiſſâ. *Propter eorum auctoritatem, cæteris Conciliis præpoſuimus Canones qui dicuntur Apoſtolorum, licèt à quibuſdam* (ut *Gelaſio*, cum LXX. ſuis Epiſcopis, quorum tamen hâc de re ſententiam ex *Romano* Concilio in illaudatâ ſuâ farragine expunxit planus iſte) *apocryphi dicantur: quoniam plures eos recipiunt, & ſancti Patres eorum ſententias ſynodali auctoritate roboraverunt, & inter canonicas poſuerunt conſtitutiones.*

[i] Caſſiodor. divin. lect. lib. 1. cap. ult.

* Vide Leſchaſſerii tractat. de libertat. Eccleſ. Gallican. cap. 1. (in Laur. Bochelli Decret. Eccleſ. Gallican. l. 4. tit. 21. pag. 645.) & Conſultat. de controverſiâ Venetâ (in Goldaſti Monarchiæ Rom. Imperii tom. 3. pag. 441.) & Juſtelli Præfat. in Cod. Canon. univerſalis Eccleſiæ. Nam Baronius (an. 341. §. 34.) & Albaſpin. (Obſervat. l. 1. cap. 13.) quis ille Codex eſſet, non ſatis intellexerunt.

Cùm igitur ſub *ſexti* ſeculi, ut diximus initio, *quinquaginta* tantùm extiterint Canones, iidémque à pluribus habiti apocryphi: *triginta quinque* alios à falſario, de quo nunc agimus, mox adjectos animadvertimus; *Juſtiniani* Imperatoris temporibus & primùm natos, & in Eccleſiaſticum *Nomocanonem* unâ cum reliquis mox admiſſos. tùm illum, quem à ſe confirmatum *Epiphanio* Conſtantinopolitano Patriarchæ commendavit ipſe *Juſtinianus* (ſi qua fides Arabico hujus codicis interpreti

terpreti adhibenda, quem viri clariſſimi & optimi D. *Thomæ Roe*, equitis aurati & ſereniſſimi Regis noſtri apud Turcarum Imperatorem nuper Oratoris, beneficio Bibliotheca Oxonienſis jam poſſidet:) tùm alterum, à *Johanne Epiphanienſi Scholaſtico* (qui *Eutychio* in Patriarchatu Conſtantinopolitano, ſub finem imperii *Juſtiniani*, eſt ſuffectus) concinnatum; cui in quibuſdam exemplaribus *Theodoreti Cyrenſis* Epiſcopi nomen perperàm eſt adſcriptum.

Atque hoſce ſimul univerſos, ſub ſeptimi ſeculi exitum, hunc in modum demùm confirmavit ſecundus *Trullani* Concilii Canon. Ἔδοξε καὶ τῇ τοιᾳ τῇ ἁγίᾳ ταύτῃ συνόδῳ, καλλιστα τε καὶ σπουδαιότατα, ὥστε μένειν καὶ κατὰ τὴν βεβαίως καὶ ἀσφαλεῖς, περὶς ψυχῶν διεγερσίαν καὶ ἰατρείαν παθῶν, τοὺς ὑπὸ τῶν πρὸ ἡμῶν ἁγίων καὶ ἐνδόξων Ἀποστόλων ὀγδήκοντα πέντε κανόνας. *Hoc quoque huic ſanctæ Synodo pulcherrimè & honeſtiſſimè placuit, ut deinceps ad animarum medelam, & perturbationum curationem, firmi ſtabiléſque maneant, qui ab iis qui nos præceſſerunt ſanctis & glorioſis Apoſtolis traditi ſunt octoginta quinque Canones.* ad quem *Theodorus Balſamon*: Τὸ παρόντος κανόνος μέμνησο διλωτικῶς. ἐπιστόμιστις γὰρ διὰ τοῦτο τοὺς λέγοντας μὴ ἐκτεθεῖσθαι παρὰ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων κανόνας πέ. *Hujus præſentis Canonis perpetuò recordare. Per ipſum enim os eis occludes, qui dicunt à ſanctis Apoſtolis non fuiſſe editos* LXXXV. *Canones.* Latinos hîc perſtringens (quibus *quinquaginta* tantùm canones erant in uſu; ut tùm ex jam dictis, tùm ex Concordiâ Canonum, à *Criſconio Africano* epiſcopo ſub ipſum tempus habiti Concilii *Trullani* digeſtâ, intelligimus:) & ipſum etiam fortaſſe *Photium*, vel eos ſaltem quorum non improbat ille ſententiam, dum in Nomocanonis ſui Proœmio (quod in editione quæ adjuncta habet *Balſamonis* ſcholia prætermiſſum eſt) non alios modò Canones comparaviſſe ſe indicat; ἀλλὰ καὶ τοὺς λεγομένους τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, εἰ καί τινες αὐτοὺς ἀμφιβόλους διά τινας αἰτίας ἡγήσαντο, *ſed etiam eos qui ſanctorum Apoſtolorum eſſe dicuntur; licèt aliqui, quaſdam ob cauſas, dubia eos authoritatis eſſe exiſtimaverint.*

At non tam ab Apoſtolis authoribus Canones iſtos *Apoſtolicos* primùm fuiſſe dictos opinatur *Gabriel Albaſpinus*, quàm ab antiquitate. *Nam cùm eorum*, inquit, *aliquot ab Apoſtolorum ſucceſſoribus, qui (teſte Tertulliano de Præſcriptionibus) Apoſtolici*

Apoſtolici viri nominabantur, facti eſſent; Apoſtolicorum primùm Canones, deinde nonnullorum Latinorum ignorantiâ, aliquot literarum detractione, Apoſtolorum dicti ſunt. Et apud Græcos quoque res ita proceſſiſſe videtur. Aucti ſunt poſteà, cùm illis adjuncti eſſent & eodem volumine comprehenſi Græca Eccleſia Canones. Quod quidem confirmari duabus maximè rationibus poteſt. Primùm quod iis, qui eorum meminerunt, authoribus non annus aliquis conſtans Canonum numerus ſit; ſed 50 *nonnunquam, plures aliàs, aut pauciores cenſeantur. Altera ratio eſt, quòd ex toto Canonum corpore manifeſtè appareat, alios aliis ſeculis factos eſſe; quòd controverſias dirimant eas, quæ variis ſeculis contigere. Cujuſmodi eſt Canon qui de admittendis ad pœnitentiam lapſis factus eſt: qui certè ante Cyprianum ſancitus eſſe non potuit; cùm alius eſſet Eccleſiaſticus uſus, & illà demùm tempeſtate admittendos eſſe lapſos decretum ſit.*

Quanquam ad variam illam Canonum numerationem quod attinet; ſciendum eſt, neque pauciores unquàm extitiſſe quàm *quinquaginta*, neque plures quàm *octoginta quinque*. In Halœandri quidem editione LXXXIIII. in Turriani LXXV. ſectionibus diſtincti illi reperiuntur: in re ipſâ tamen nulla omninò eſt differentia; cùm non pauciora in utrâque contineantur decreta, quam in LXXXV illis, quos Zonaræ & Balſamonis ſcholiis habemus illuſtratos. In Pſeudo-Zepherini verò commentitiâ ad Siciliæ epiſcopos epiſtolâ, & [k] Hincmarus Rhemenſis olim, & nos hodie legimus; *Septuaginta Apoſtoli ſententias præfixerunt*: vel *ſexaginta*, ut citant *Ivo*, Decret. part. 4. cap. 107. auctor *Pannomiæ*, lib. 2. cap. 105. & *Gratianus*, diſtinct. 16. cap. 2. ubi cùm, non ſine cauſâ, ſuſpicatus fuerit Bellarminus [l], *vitio librariorum erratum eſſe in numero*; eum errorem (ſi quis tamen auctorem tam futilem emendatione dignum cenſuerit) non meliùs quàm ex *Gregorii* Presbyteri citatione ſanari poſſe cenſuerim, qui in *Polycarpi* ſui lib. 3. tit. 20. neque *ſeptuaginta* neque *ſexaginta* hîc habet, ſed *quinquaginta* tantùm: quemadmodum ad dictum *Gratiani* locum Romani correctores annotârunt.

[k] Hincmar. lib. de variis capitulis Eccleſiaſtic. cap. 18.

[l] Bellarm. de Scriptorib. Eccleſiaſtic. in *Clement. Rom.*

Ut autem Canones iſti verè crederentur eſſe *Apoſtolici*; ubi in xxx° Canone olim legebatur, ὀνικοῖς πιστοῖσι καὶ τῆς κοινωνίας,

νίας, ὡς Σίμων ὁ Μάγος ὑπὸ τοῦ Πέτρου (quod in vetere interpretatione *Dionyſii* ſic habetur expreſſum; *A communione modò omnibus abſcindatur, ſicut Simon Magus à Petro*) novus interpolator, & eum ſecutus tùm *Johannis Conſtantinopolitani* ille Nomocanon, tùm Nicenæ II. Synodi quintus Canon, interpoſito pronomine, exhibuit; ὡς Σίμων ὁ Μάγος ὑπ' ἐμοῦ Πέτρου, *ſicut Simon Magus à me Petro.* Cujuſmodi etiam pronominis ad canonem 50[um] ante novam hanc interpolationem facta adjectio primam dediſſe occaſionem mihi videtur, ut antiqui illi *Canones Eccleſiaſtici* (nam & eum titulum [m] libri quidam præferunt) tertio poſt Chriſtum ſeculo demùm collecti, non ab aliis quàm ab ipſis *Apoſtolis* conditi fuiſſe poſteà crederentur, Οὐ γὰρ εἶπεν ὁ Κύριος ἡμῖν, Εἰς τὸν θάνατόν μου βαπτίσατε· ἀλλὰ, Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· quod primævus interpres *Dionyſius Exiguus* Latinè ita reddidit. *Non enim dixit* NOBIS *Dominus*; *In morte meâ baptizate*: *ſed, Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii, & Spiritûs ſancti.* Licet enim primæ perſonæ pluralis pronomen hoc, & in Græcis libris vulgatis, & in *Ivonis* quoque Decreti part. 1. cap. 128. hodie deſideretur: in antiquiore tamen, tùm *Johannis Conſtantinopolitani* Græco, tum *Criſconii Afri* Latino Nomocanone illud expreſſum repcri.

[m] Conſtitut. Apoſtol. Græco-Latin. edit. Pariſ. ann. 1618 pag. 1044.

Neque prætereundum eſt, quòd in eodem 50° canone, poſt verba illa citata, cum quibus vetus iſtorum Canonum Collectio eſt terminata, in Græcâ *Turriani* editione, hujuſmodi appendix adjecta cernitur. Ὑμεῖς οὖν, ὦ ἐπίσκοποι, εἰς ἕνα πατέρα, καὶ υἱὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα, τρίτον βαπτίσατε, καὶ τῷ τοῦ Κυρίου γνώμῃ καὶ τῷ ἡμετέραν ἐν πίστει διάταξιν. *Vos igitur ô Epiſcopi, baptizate ternâ merſione in unum Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum; ſecundùm Domini ſententiam, & noſtram in Spiritu conſtitutionem.* & poſt finem xxxv. ſuperadditorum; non in eâ editione tantùm, ſed etiam in verſione horum Canonum Arabicâ (in quâ ציווי ſive *Mandatum* Apoſtolorum appellatur) & Græco *Johannis Conſtantinopolitani* Nomocanone. Ταῦτα δὲ περὶ κανόνων διατετάχθω ὑμῖν παρ' ἡμῶν, ὦ ἐπίσκοποι. ὑμεῖς δὲ ἐμμένοντες αὐτοῖς, σωθήσεσθε, καὶ εἰρήνην ἕξετε, &c. *Hæc verò de Canonibus conſtituta vobis ſint per nos, ô Epiſcopi. Vos autem in eis perſeverantes, ſalvi*

ſalvi eritis, & pacem habebitis, &c. ac ſi communis habendus eſſet iſte Epilogus tùm LXXXV. Canonum, tùm VIII. librorum Διατάξεων, quos & ipſos *Canonum Apoſtolorum* nomine ab authore operis imperfecti in *Matthæum* citatos invenimus. Neque ſolùm in *Turriani*, quæ noſtris temporibus prodiit editione, ſed etiam in codicibus qui *Photii* ſeculo extabant, Διατάξεις, & Canones iſti in unum quaſi corpus compingebantur: quod Bibliothecæ ipſius (num 113.) locus ille oſtendit. Ἀνεγνώσθη Κλήμεντος τοῦ Ῥώμης τοῦ τὰ βιβλία δύο· ὧν τὸ μὲν ἐπιγράφεται Διαταγαὶ τῶν Ἀποστόλων διὰ Κλήμεντος· ἐν ᾧ καὶ οἱ τῶν συνοδικῶν κανόνων τῷ ἀθροίσματι τῶν Ἀποστόλων κανόνες ἐπιγραφόμενοι τελείχονται. *Lecta ſunt Clementis Romani librorum volumina duo: quorum alterum de Conſtitutionibus Apoſtolorum inſcribitur; in quo Canones Apoſtolorum continentur, qui collectioni canonum Synodicorum aſſcribuntur.*

Et ne ſumma Pſeudo-Clementinis iſtis *Conſtitutionibus* deeſſet authoritas: in adjectitiorum *Canonum* poſtremo, inter Novi Teſtamenti Scripturas admitti jubentur, αἱ Διαταγαὶ ὑμῶν τοῖς Ἐπισκόποις δι' ἐμοῦ Κλήμεντος ἐν ὀκτὼ βιβλίοις περιεχόμεναι· ἃς οὐ χρὴ δημοσιεύειν ἐπὶ πάντων, διὰ τὰ ἐν αὐταῖς μυστικά. *Conſtitutiones vobis Epiſcopis per me Clementem in octo libris nuncupatæ: quas in omnibus publicare non deceat, ob quædam arcana quæ in ſe continent.* Ita enim bipedum nequiſſimus, qui *Clementis* perſonam (quinto poſt exceſſum ipſius ſeculo) induit, *Conſtitutionibus* à ſeipſo interpolatis, & in aliam penè ſpeciem transformatis canonicam authoritatem conciliare conatus eſt: eâ tamen ad myſterium iniquitatis ſuæ celandum cautione adhibitâ, ut eas nullo modo divulgandas, ſed ut Eleuſinia quædam ſacra ſtudioſè contegendas & occultandas eſſe præciperet. ex quibus & *Albaſpinus* rectè obſervavit, [n] Conſtitutiones haſce *primis ſeculis factas non eſſe; cùm primi ſeculi Chriſtiani ſua lubentes myſteria, ut vel ex Juſtino conſtat, enunciarent.*

[n] Albaſpinus, Obſervat. lib. I. cap. 13.

CAP. VII.

De Apoſtolorum Διδαχῇ *&* Διδασκαλία *à veteribus commemoratâ; & utrùm hiſce nominibus Conſtitutionum libri octo, quos hodie habemus, ab eis fuerint ſignificati. An B. Hieronymus Latinè eos verterit: & quænam de illis tùm Veterum illorum, tùm doctiorum noſtri temporis Pontificiorum, fuerit ſententia.*

AB *Athanaſio*, in epiſtolâ ἑορταστικῇ 39ª. (ut & in *Synopſi*) Διδαχὴ καλουμένη τῶν Ἀποστόλων, *Doctrina quæ dicitur Apoſtolorum*, recenſetur inter ſcripta, ἃ κανονίζομενα μὲν, τυπωθῆναι δὲ ὑπὸ τῶν πατέρων ἀναγινώσκεσθαι τοῖς ἄρτι προσερχομένοις καὶ βουλομένοις κατηχεῖσθαι τὸν τῆς εὐσεβείας λόγον: *non in Canonem quidem redacta, ſed quæ legi à Patribus decretum eſt, iis, qui nunc accedunt, & volunt in pietatis ratione initiari.* Ab [a] *Euſebio*, τῶν Ἀποστόλων λεγόμεναι Διδαχαὶ, (vel, *Doctrina quæ dicitur Apoſtolorum*, ut ſingulariter hîc, cùm *Athanaſio* conſentiens, *Ruffinus* reddidit) inter ſcripta non modò ἀνυπαρκτα, ſed etiam νόθα reponuntur; ab aliis tamen quæ ab hæreticis ſunt conficta ſecernuntur. In *Nicephori* verò *Conſtantinopolitani* Patriarchæ στιχομετρία, inter ſcripta Novi Teſtamenti, non *quibus contradicitur*, ſed quæ planè ſunt *Apocrypha*, numeratur & Διδαχὴ Ἀποστόλων, στίχων σ. & Κλήμεντος λβ. στίχων βχ. *Doctrina Apoſtolorum, verſuum* 200. & libri *Clementis* XXXII. *verſuum* 2600. quot Evangelium etiam ſecundùm *Lucam* continuiſſe ibidem dicitur.

a Euſeb. hiſtor. lib. 3. cap. 25.

b Τὴν Διδαχὴν τῶν Ἀποστόλων τινὲς λέγουσιν εἶναι ταύτὰ τῇ Κλήμεντος γραφείσας Διατάξεσι· ἃς ἐπειδὴ λεγομένη ἔκθεσις συνόδου ἀναγινώσκεσθαι ἐν συναγωγαῖς, ὡς νοθευθείσας ὑπὸ αἱρετικῶν. *Zonaras MS.*

Hanc Apoſtolorum Διδαχὴν, ab *Athanaſio* in ἑορταστικῇ epiſtolâ commemoratam, nonnulli (ut in ineditis ad illam epiſtolam ſcholiis annotat [b] *Johannes Zonaras*) Apoſtolicarum Conſtitutionum libros fuiſſe ſunt opinati: quæ etiam *Caroli Bovii*, *F. Turriani*, & [c] *Cæſaris Baronii* fuit ſententia. A quâ ut diſcedam, tria me permovent. *I.* Ipſius *Athanaſii* authoritas; qui in eodem loco, Διδαχὴν hanc inter eos libros numerat qui Catechumenis & nuper ad fidem accedentibus legendi eſſent. quum iſti Conſtitutionum libri Epiſcopis ſint dicati, réſque

c Baron. an. 101. §. 9.

réſque ad Eccleſiæ regimen ſpectantes tractet, & alia quædam μυστικώτερα, quæ idcirco Canonis Apoſtolorum 85[1] conſarcinator in vulgus efferenda eſſe vetuit. *II.* Exiguus ille 200. verſiculorum numerus, quibus illa Διδαχὴ tùm in Græco *Nicephori Conſtantinopolitani* textu, tùm in Latinâ *Anaſtaſii Bibliothecarii* interpretatione, conſtare oſtenditur: quod *Salomonis* Canticorum libello minorem eam fuiſſe evincit, quem 280. ejuſdem generis στίχους habuiſſe ibidem legimus. *III.* Indiculus librorum canonicorum & apocryphorum, quem *Anaſtaſii Niceni* Quæſtionibus ſubjectum in publicâ Oxonienſis Academiæ bibliothecâ invenimus: ubi Διδαχαὶ τῶν Ἀποστόλων & Διδασκαλία Κλήμεντος, ut diſtincta opera recenſentur, & in ſcriptorum *Apocryphorum* cenſu pariter reponuntur.

Illas verò Apoſtolorum Διαταγὰς, in Græco quodam vetuſto exemplari Manuſcripto Διδασκαλίας titulo prænotatos ſe reperiſſe, *F. Turrianus* indicat: indéque utrumque ſe conjunxiſſe, & ex utroque inſcriptionem hanc, quæ in ipſius editione Conſtitutionum legitur, contexuiſſe. Διαταγαὶ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, διὰ Κλήμεντος τοῦ Ῥωμαίων ἐπισκόπου τε καὶ πολίτου, Καθολικὴ διδασκαλία. *Conſtitutiones ſanctorum Apoſtolorum, auctore Clemente Epiſcopo & cive Romano, Catholica doctrina.* Quem Διδασκαλίας titulum, confirmant etiam illa, in ipſo corpore Conſtitutionum. Lib. I. cap. 1. Ἀκούσατε Διδασκαλίαν ἱερὰν οἱ ἀντεχόμενοι τῆς ἐπαγγελίας αὐτοῦ, ἐν προσταγματος τοῦ Σωτῆρος, ὁμόστιχον ταῖς ἐνδόξοις φθογγαῖς αὐτοῦ. *Audite Doctrinam ſacram qui amplectimini promiſſionem ejus, ex mandato Salvatoris, aquiparandam glorioſis vocibus ipſius.* Lib. II. cap. 39. Ἐγὼ Ματθαῖος εἷς τῶν δώδεκα τῶν ἐν τῇδε τῇ Διδασκαλίᾳ λαλούντων ὑμῖν εἰμὶ Ἀπόστολος. *Ego Matthæus unus ex duodecim, qui vobis in hac Doctrinâ loquuntur, ſum Apoſtolus,* Lib. VI. cap. 14. Πάντες ἐπὶ τὸ αὐτὸ γενόμενοι, ἐγράψαμεν ὑμῖν τῷ καθολικῷ ταύτῃ Διδασκαλίαν εἰς ἐπισκεψιν ὑμῶν τῶν καθὸλου ἐπισκοπῶν πεπιστευμένων. *Omnes in unum congregati ſcripſimus vobis Catholicam hanc Doctrinam, ad fulciendum ac confirmandum vos, quibus univerſalis Epiſcopatus creditus eſt.* & cap. 18. Καὶ ταῦτα κατὰ πόλιν πανταχοῦ εἰς ὅλον τὸν οἰκουμένον τοῦ κόσμου πεποιήκαμεν, καταλιπόντες ὑμῖν τοῖς ἐπισκόποις καὶ λοιποῖς ἱερεῦσι τὴνδε τὸν Καθολικὸν Διδασκαλίαν ἀξίως καὶ δικαίως, εἰς μιμόσυνον ὁμολογημένῃ τοῖς πεπιστευκόσι Θεῷ διαπαντὸς δια-

τ̃ συλλειτουργ̃ν ἡμῶν Κλήμεντ. *Atque hæc quidem ubique terrarum per civitates fecimus: vobiſque Epiſcopis & reliquis ſacerdotibus hanc Catholicam Doctrinam merito & jure reliquimus; ut memineritis fulcire ac roborare eos qui Deo crediderunt. Quam quidem doctrinam miſimus per comminiſtrum noſtrum Clementem, &c.* quibus addi poterit & illa *Epiphanii* citatio, in hæreſi 80. adverſùs *Meſſalianos*: ἐν ταῖς Διαταξεσι τ̃ν Ἀποστόλων φάσκω ὁ θε῀ος λόγος κ̀ ἡ Διδασκαλία. *In Conſtitutionibus Apoſtolorum dicit divinus ſermo, & Doctrina.*

In interrogationibus, à *Marco* Alexandrino Patriarchâ *Theodoro Balſamoni* Antiocheno propoſitis, ſecunda eſt illa.

[d] Βιβλία διάφορα ἐυρίσκονται εἰς τὰς ἀνατολικὰς κ̀ νοτίας χώρας. κ̀ τὰ μὲν ὀνομάζουσι Διδασκαλίαν τ̃ν ἁγίων Ἀποστόλων, τὰ δ̀, Ὁράματα τ̃ ἁγίου Παύλου. ἐρωτ̃ ἐν, εἰ ὀφείλομεν ἀναγινώσκειν αὐτά; *Varii reperiuntur libri in Orientalibus & Meridionalibus regionibus: & alii nominantur, Doctrina ſanctorum Apoſtolorum; alii, Viſiones Sancti Pauli. Quæro, an hi nobis legendi ſint?* Cui reſpondet *Theodorus*. Ψηφιζόμεθα κ̀ ἡμεῖς, ὅτι Ἀποστολικὰς διδασκαλίας, κ̀ ὁράσεις, κ̀ διδαχὰς, ἡ τ̃ Θεοῦ ἐκκλησία γινώσκει, τὰ ἐν τ̃ πα. Ἀποστολικ̃ κανόνι ἀναλάμβανα βιβλία, κ̀ πιστούμενα εἶναι τ̃ν Θεοκηρύκων φωνάς. ἕτερον δὲ πλέον τούτων οὐκ οἴδεν Ἀποστολικὸν σύγγραμμα. *Pronunciamus & nos; Dei Eccleſiam agnoſcere & confiteri Apoſtolica præcepta & viſiones, & doctrinas librorum qui* LXXXV. *Apoſtolico Canone declarantur, & Dei præconum voces iis eſſe creditas: præterhos autem, nullum aliud novit Apoſtolicum ſcriptum.* Ubi Apoſtolorum Διδασκαλίας, ut in Canone illo Apoſtolico minimè commemoratas, à Clementinis Apoſtolorum Conſtitutionibus diſtinxiſſe videtur; quas, in reſponſione ad proximè præcedentem *Marci* interrogationem, ita in eo approbatas fuiſſe ſignificaverat, ut ſecundus tamen Concilii *Trullani* Canon [e] omninò legi poſteà prohibuerit, *propterea quòd iis ſpuria quædam multa, & à pietate aliena, ab heterodoxis fuerint interpoſita*, quam earum adulterationem à noſtri quoque temporis Græcis agnoſci; in *Jeremiæ*, nuperi Patriarchæ Conſtantinopolitani, ad *Wirtembergenſes* Reſponſi I. capite 13°. notavimus.

[d] Tom. I. Juris Græco Romani, à Leunclavio edit. p. 363.

[e] ὁ δὲ θέλει ταῦτα μηδὲ ἀναγινώσκεσθαι, διὰ τὸ παρεντεθ῀ῆναι αὐτοῖς παρὰ ἑτεροδόξων πολλὰ πνα νόθα, κ̀ τ̃ς εὐσεβείας ἀλλότρια. Balſam. *Vid. infrà, cap.* 15.

Earum interpretationem ſuſcepiſſe *B. Hieronymum*, ex Peroratione in *Origenis* explanationem epiſtolæ ad *Romanos*, ab

ab ipſo (ut putatur) Latinè redditam, *Carolus Bovius* in Latinâ, & *Fr. Turrianus* in Græcâ Conſtitutionibus hiſce præfixâ Præfatione, ſuadere nobis conantur. *Quid enim ille* (inquit hîc Bovius) *in vertendis Apocryphis tantopere inſudaret; præſertim ſi ſciret palmam ſibi à Rufino præreptam? Doctrina verò Apoſtolorum, quâ Latina Eccleſia hactenùs caruiſſent, digna profectò erat, in cujus interpretatione tantus vir laboraret.* Verba authoris, in Peroratione illâ ad *Heraclium*, hæc ſunt. *Poſt hoc ſanè vocat nos opus quod olim quidem injunctum eſt, ſed nunc à beato Gaudentio epiſcopo vehementiùs perurgetur, Clementis ſcilicèt Romani epiſcopi, Apoſtolorum comitis; quorum ut ſucceſſoribus darem cognitionem, libri à nobis in Latinum vertuntur. In quo opere bene novi quòd laborem labor multiplicat, ſi fortem ſuſcipiat. Satisfaciam ſanè in eo amicis meis; dabo titulo nomen meum, auctoris nihilominùs vocabulo permanente. Nam Hieronymi ne putetur, Clemens ſcribetur.* Sic enim hodie legitur; *Hieronymi* pro *Rufini* ſubſtituto nomine.

Nam *cùm Rufinus* (ut jamdudum [f] *Eraſmus* monuit) *graviſſimâ ſuſpicione premeretur, quòd eſſet Origeniſta (ſub hoc enim titulo Arianorum hæreſis conata eſt repullulaſcere) librarii ſummoventes quæ primâ ſtatim fronte deterrerent lectorem, pro invidioſo nomine Rufini, ſuppoſuerunt gratioſum nomen Hieronymi.* Et quidem *Recognitionum* Pſeudo-Clementis libros apocryphos Latinè à *Rufino* fuiſſe converſos, & ex [g] *Gennadio* conſtat, & ex ipſo Opere quod adhuc ſupereſt ſimul cum ipſius *Rufini* Præfatione præmiſſâ ad *Gaudentium*. Ut illa *Bovii* de *Apocryphis*, & in iis vertendis *palmâ à Rufino præreptâ*, quæſtio per ſe hîc concidat: ut & *Turriani* illa altera. Ἐὰν πε̃ ὑπενοῆ περὶ ἄλλων τινῶν βιβλίων Κλήμεντ Θ ταῦτα φάσκειν τὸν ἅγιον, περὶ τίνων ὑποκρινάσθω. ἀλλ' ὐκ ἂν ἔχοι. Nam reſponſio in promptu eſt; de nullis omninò *Clementis* libris, à ſe vel converſis vel convertendis, locutum unquàm fuiſſe ſanctum *Hieronymum*: quam & veram ab ipſo *Turriano* poſt δευτέρας φροντίδας fuiſſe agnitam, non leve eſt argumentum, quòd in Latino Procœmio, *Hieronymi* hoc tot verbis priùs amplificatum ab ipſo teſtimonium ſilentii velo prudentiùs obvolvendum fuiſſe judicaverit.

Quodnam verò de iſtis Conſtitutionibus, priuſquàm ab interpolatore

[f] Eraſm. in Operum Origenis cenſurâ.

[g] Gennad. Catalog. ſcriptor. Eccleſiaſtic. in *Rufino*.

terpolatore novam faciem accepissent, tùm privatum *Epiphanii*, tùm ab eo diversum, *aliorum multorum* fuerit judicium; hæc ipsius verba, in hæres. 70. contra *Audianos*, nos edocent. Εἰς τοῦτο δὲ ὁι αὐτοὶ Ἀυδιανοὶ παρεφέρεσι τῳ τῶν Ἀποστόλων Διάταξιν, ὅταν μὲν σοῖς πολλοῖς ἐν ἀμφιλύκῳ, ἀλλ' ὡς ἀδόκιμον· πᾶσα γὰρ ἐν αὐτῇ κανονικὴ τάξις ἐμφέρεται, καὶ ὑδὲν παρακεχαραγμένον τῆς πίστεως, ὑδὲ τῆς ὁμολογίας, ὑδὲ τῆς ἐκκλησιαστικῆς διοικήσεως καὶ κανόνος καὶ πίστεως. *Ad hoc iidem Audiani Apostolorum Constitutionem perperàm accommodant: quæ quidem apud multos revocatur in dubium, sed tamen non est improbanda. Omnis enim canonicus ordo in ipsâ habetur; & nihil à fide adulteratum, neque à confessione, neque ab Ecclesiasticâ gubernatione & canone & fide.* ad quem locum, in eruditis suis scholiis, *Dionysius Petavius* ista adnotat. *De Apostolicis Constitutionibus dubitatum à nonnullis præfatur Epiphanius. Quo eodem nomine circumferuntur hodie in* VIII. *libros distincta; quæ à prioribus illis, ac nihilominus dubiis, quarum meminit Epiphanius, diversa videntur. Etenim* V. *ex illis sententia hoc & sequenti Numero citantur; quæ in vulgatis nusquam reperiuntur: imo verò contraria quædam in iis leguntur. Nam Lib.* V. *Cap.* XVI. *de Paschatis celebritate Catholicum dogma propalam edicitur: uti post Æquinoctium instauretur. Tùm ne cum Judais agatur.* ὑδαμοῦ γὰρ καινοτόμει ἡμῖν νῦν πρὸς αὐτοὺς· πεπλάνηται γὰρ καὶ αὐτὸς τῷ ψήφῳ, ὃν νομίζουσιν ἐπιτελεῖν. *& alia quædam: quæ aut à superiori sanctione discrepant; aut si in antiquis illis Constitutionibus legebantur, mirum est hoc tam præsenti ac diserto testimonio usum non esse contra Audianos Epiphanium, qui Judæorum more celebrandum Pascha iisdem ex Constitutionibus affirmabant. Apparet igitur aliud fuisse Constitutionum genus, quàm quibus hodie Clementis nomen inscribitur.*

Hanc, in Paschatis servandi ratione, inter Epiphanianas & hodiernas Constitutiones ἀπλοΐαν animadverterat quoque *Jo. Carolus Bovius* Episcopus *Ostunensis*: indéque libri V^i. caput illud à *Petavio* citatum (quod in Latinâ *Turriani* versione XVI. est, in *Bovii* XVIII.) *totum delendum, ut nothum ac novum*, in Scholiis suis confirmaverat; hoc subjecto demùm epilogo. *Existimo igitur, cùm verba Apostolica constitutionis viderentur antiquæ illi & ab Ecclesiâ rejecta Paschæ celebrationi quo-*

dammodo

dammodo favere; viros pios illa verba, ne offenſionis cauſam præberent & aliquos in errorem inducerent, delevisſe, repoſuiſſéque receptam & probatam ab Eccleſiâ obſervandi Paſchæ rationem. Inter antiquos nimirùm Canones, qui *Apoſtolorum* dicebantur, octavus extabat iſte. Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, πρὸ ἁγίας τῆς Πάσχα ἡμέρας μετὰ τῆς ἑαυτῶν ἐπιστολῆς, καθυφείδω. *Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, ſanctum Paſcha diem ante vernale æquinoctium cum Judæis celebraverit, abjiciatur* vel *deponatur.* Qui *Canones* hoſce libri octavi *Conſtitutionum* appendicem quandam, ipſóſque octo *Conſtitutionum* libros Canonicarum Scripturarum partem habendam eſſe voluit; veterem illam *Canonum & Conſtitutionum*, utrinque *Apoſtolorum* nomen præferentium, diſcrepantiam nullo modo ferri potuiſſe conſideravit: ideóque, ut diſcordiæ ſpecies abſcinderetur omnis, caput illud quinti *Conſtitutionum* libri abſtergendum, & ad *Canonis* jam dicti ſententiam plenè conformandum fuiſſe exiſtimavit.

Contrà tamen pertendit *Fr. Turrianus*, & in Procœmio Latinæ ſuæ verſioni præfixo, aſſeverare non veretur; *tales habere noſtram ætatem Apoſtolorum Conſtitutiones, ſanas ſcilicèt & incorruptas, quales Epiphanii ætas habuit.* Cui, præter jam dictam illam de *Paſchatis* obſervatione diſcrepantiam, opponere poſſumus & aliam de *Epiphania* Dominicæ die non abſimilem: quem in noſtris Conſtitutionum libris à Dominici *Natalis* die apertiſſimè diſtinctum, *Epiphanius* (juxta Aſiaticarum & Ægyptiacarum Eccleſiarum, quæ tùm obtinebat, conſuetudinem) unum & eundem fuiſſe ſtatuit. Sic enim ille, in Panarii Epilogo. Οὔτε ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῶν Ἐπιφανίων, ὅτι ἐγεννήθη ἐν σαρκὶ ὁ Κύριος, ἔξεστι νηστεύσαι, κἂν τὰ φερόμενα τεσσαράβατον. *Neque in die Epiphaniorum, quando natus eſt in carne Dominus, licet jejunare; etiamſi contingat ut ſit quarta aut proſabbatum.* Similiter & in hæreſi LI. κατὰ Ἀνομοίων, appellat ἡμέραν τῶν Ἐπιφανίων, ἡμέραν τῆς αὐτοῦ γεννήσεως κατὰ σάρκα. & die menſis poſteà expreſſo. ἀπὸ τῆς τῶν γενεθλίων αὐτοῦ ἡμέρας, τετάρτην Ἐπιφανίων, ἥτις τυγχάνει ἕκτη Ἰανουαρίου μηνὸς, κατ' ἐνιαυτὸν Αἰγυπτίους, Τυβὶ ἑνδεκάτῃ. *A natali ſuo die, hoc eſt Epiphaniorum, qui eſt ſextus Januarii menſis, juxta Ægyptios verò Tybi menſis undecimus.* item: ἕως ἑνδεκάτης Τυβὶ, ἣ ἐστὶν ὀκτὼ εἰδῶν Ἰανουαρίων, ὅτε ἀληθῶς τὰ Θεοφά-

via

μὲν ἐγένετο, καὶ ἐγεννήθη· *usque ad undecimum mensis Tybi, & ad* VIII. *Idum Januarii, quando verè apparitio Dei contigit, & natus est.* τῇ μὲν γὰρ ὄντι ἡ γέννησις τοῦ Χριστοῦ ἡ βεβαία Τυβὶ ἑνδεκάτῃ ἔδοξε. *Verè enim Nativitas Christi certa contigit undecimâ mensis Tybi.* &, ἐκ παντὸς δὲ ἑνδεκάτῃ Τυβὶ κατ' Αἰγυπτίους ἡ περιπεμένη τοῦ Κυρίου ἐν σαρκὶ γέννησις ἐγένετο. *Undiquaque undecimâ Tybi mensis secundùm Ægyptios prædictâ Domini in carne nativitas facta est.*

Quis verò ista tam asseveranter locuturum existimaverit fuisse *Epiphanium*; si in Constitutionibus, quas ipse ut verè ab Apostolis profectas identidem laudat, inveniſſet, quod in lib. V. c. 12. expressum legimus. Τὰς ἡμέρας τῶν ἑορτῶν φυλάσσετε, ἀδελφοὶ· καὶ πρωτίστως γε τὴν γενέθλιον, ἥτις ὑμῖν ἐπιτελείσθω εἰκάδι πέμπτῃ τοῦ ἐνάτου μηνὸς, μεθ' ἣν ἡ ἐπιφάνιος ὑμῖν ἔσται πρωτίστη, καθ' ἣν ὁ Κύριος ἀνέδειξεν ὑμῖν τὴν οἰκείαν θεότητα· ἐπισήσατο. γινέσθω δὲ καὶ αὐτὴ ἕκτῃ τοῦ δεκάτου μηνός. *Dies festos custodite, fratres: ac primum quidem diem Natalis, qui vigesimo quinto die mensis noni* (ab Aprili sc. mense numerati) *celebretur. Post quem Epiphaniæ dies sit vobis in maximo honore, in quo Dominus divinitatem suam nobis patefecit: is verò dies sit sextus mensis decimi.* Unde etiam eidem vel non visum, vel non probatum fuisse intelligimus librum consimilem τῶν Ἀποστολικῶν διαταγμάτων (quem Ἀποστόλων Διδαχὰς illas fuisse arbitramur, quarum antè meminimus) ex quo in quæstione 93. earum quæ *Anastasii* Nicæni nomen præferunt, & περὶ τῆς ἐπιφανίας τοῦ Κυρίου inscriptâ, huic planè conformem sententiam recitatam reperimus. Ἐτέχθη μὲν γὰρ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου Μαρίας ἐν Βηθλεὲμ, καὶ Αἰγυπτίως, χιακὶ κα. (leg. κθ.) ὥρᾳ ἑβδόμῃ τῆς ἡμέρας· ὅ ἐστιν περὶ ὀκτὼ καλανδῶν Ἰανουαρίων. Ἐβαπτίσθη δὲ ἐν τῷ τριακοστῷ αὐτοῦ ἔτει, ὑπὸ Ἰωάννου, τῷ Τυβὶ ια, ὥρᾳ ι. τῆς νυκτὸς, ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ. *Nam natus quidem est Dominus noster Jesus Christus ex sanctâ Virgine Mariâ in Bethleem* XXV. (vel XXIX. potiùs) *mensis Choiac, horâ septimâ diei; quod est* VIII. *Kalendas Januarii. Baptizatus autem est tricesimo ætatis suæ anno, à Iohanne,* XI. *mensis Tybi, horâ decimâ noctis in fluvio Iordane.*

Et hanc tamen causam pertractans, vir haud obscuri apud nos & ordinis & nominis, personatum hunc *Clementem*, ut *Testem omni majorem exceptione* hîc *advocatum*, istâ cum pompâ

in

in ſcenam introducendum cenſuit. *Unum ex antiquiſſimis, & illum, quia erat Apoſtolorum* συμφοιτητὴς *&* συμμυσήκτωρ, *facilè principem, & primaria authoritatis non prætribo: Clementem nimirum* τὸν διαταγέα. *Quem licèt delicatuli neſcio qui, ex utràque parte contendentium, de falſo poſtulant, & tanquam falſarium* στιγματίζωσι: *nos tamen ipſius, tanquam* γνησίου *contra quoſvis ſuſcipere, poſt doctiſſimum virum Turrianum, patrocinium & audemus,* σὺν Θεῷ εἰπεῖν, *& fortaſſis abundè præſtitimus contra Seldenum, qui in cauſâ decimali appellatum* εἰς σκέμβρεις *ableg:t, vel* μαγγελαν.

Sed quia in editis adverſùs *Seldenum* Diatribis, non modò nihil quod tàm-mirificæ pollicitationi reſpondeat, ſed nec vel ſemel quidem τὸν Διαταγέα nominatum invenio: *Turriani*, cui nos relinquit, non tam doctrinam quàm fidem diligentiùs explorare viſum eſt, in hoc ipſo, quì Diataxeôn harum authoritatem Veterum primus nobis commendavit, *Epiphanio*. Et quia Epiphanianas illas Diataxes & hodiernas noſtras eaſdem eſſe, affirmat quidem ille, ejuſdem verò ſocietatis, neque doctrinæ imparis, *Petavius* pernegat: ut de rei veritate rectiùs judicare Lector poſſit; in duobus ſequentibus capitibus loca omnia ab *Epiphanio* ex Apoſtolicis Conſtitutionibus citata in medium producere placuit, cum his quas noſtra ætas habet componere, & ubi obſcuritate laborant, ὀν παρόδῳ exponere etiam atque illuſtrare.

CAP. VIII.

Loca de Synaxium & Jejuniorum temporibus, ex Conſtitutionibus Apoſtolicis ab Epiphanio adverſùs Aërianos citata, cum hodiernis codicibus comparantur. &, num Dionyſio Alexandrino cognitæ fuerint Conſtitutiones iſtæ diſquiritur.

INcipiemus ab illo loco, hæreſ. 75. adverſùs *Aërianos*. Εἰ γὰρ καὶ τὸ πᾶν Διαταξέως ἁγίων Ἀποστόλων λόγον, πῶς ἐκεῖ σαββάτου τετράδα καὶ παρασκευὴν νηστείαν (lege, νηστεύειν) διὰ παντὸς, χωρὶς Πεντηκοστῆς καὶ τῶν ἓξ ἡμερῶν τῆς Πάσχα, πῶς παραγγέλλουσι μηδὲν ὅλως λαμβάνειν ἢ ἄρτου καὶ ἁλὸς καὶ ὕδατος, μηδὲ τὰ ἡμίεφθα ἄχρι

ἄγειν, πῶς τι ἀπολύειν εἰς ἐπιφώσκουσαν Κυριακὴν, φανερὸν ὅτι. *Si verò etiam oportet Constitutionem Apostolorum proferre: quomodo illic quartâ & prosabbato jejunandum esse definierunt omni tempore, Pentecoste exceptâ; & de sex diebus Paschatis, quomodo præcipiant nihil omninò sumere aliud quàm panem & salem & aquam, qualémque diem agere, & quomodo dimittere in illucescentem Dominicam, manifestum est.* Cui addendum, quod de *quartæ & sextæ* feriæ consuetudinibus paulo pòst subdit ibidem *Epiphanius.* Εἶτα ἡ εἰ μὴ περὶ τῆς αὐτῆς καταδίσεως τετραάδων καὶ παρασκευῶν οἱ αὐτοὶ Ἀπόστολοι ἐν τῇ Διατάξει ἔλεγον, καὶ ἄλλως ἐκ παντελῶν εἴχομεν ἀποδεῖξαι. ὅμως περὶ τούτου ἀκριβῶς χάριν. *Deinde verò, si de eodem argumento quartarum & prosabbatorum: iidem Apostoli in Constitutione suâ non dixissent: etiam aliter undique demonstrare possemus. Quanquam eâ de re accuratè illi scribunt.* & in Compendiariâ doctrinâ, ad finem Panarii ab eodem adjectâ. Συνάξεις δὲ ἐπιτελούμεναι, παρεδόσαν εἰσὶν ἀπὸ τῶν Ἀποστόλων, τετράδι καὶ παρασκευῇ καὶ κυριακῇ. τετράδι δὲ καὶ ἐν παρασκευῇ ἕως ὥρας ἐνάτης. ἐπειδήπερ ἐπιφωσκούσῃ τετράδι συνελήφθη ὁ Κύριος, καὶ τῇ παρασκευῇ ἐσταυρώθη, καὶ παρέδωκαν οἱ Ἀπόστολοι ἐν ταύταις νηστείας ἐπιτελεῖσθαι. *Conventus fieri ordinatum est ab Apostolis, quartâ & prosabbato & Dominicâ. Quartâ verò & prosabbato jejunium statutum est, usque ad horam nonam. quoniam illucescente quartâ, comprehensus est Dominus, & prosabbato crucifixus: & tradiderunt Apostoli ut in his diebus jejunia fierent.* Ubi,

I. Quod ad Synaxes & conventus Ecclesiasticos attinet: in Apostolicis quas nos habemus Constitutionibus, *Sabbata* tantùm & *Dominicas* iis dicata invenimus; lib. 5. cap. ult. & lib. 8. cap. 33. De *quartis* & *prosabbatis* huic usui destinatis, altum in iis silentium: licèt à *Tertulliano*, in lib. de Jejuniis cap. 2. & 14. stationum *quartæ* feriæ & *sextæ* mentionem fieri non ignoremus.

II. De quartæ & sextæ feriæ jejunio, in libro 5. Constitut. Apostol. cap. 14. ita legimus. Τετράδα καὶ παρασκευὴν προστάξειν ὑμῖν νηστεύειν· τὴν μὲν διὰ τὴν προδοσίαν, τὴν δὲ διὰ τὸ πάθος. *Quartâ feriâ & sextâ jussit nobis* Dominus *jejunare: illâ quidem propter proditionem, hâc verò propter passionem.* & libro 7. cap. 24. quibus diebus hebdomadæ jejunandum sit, hoc partim consilium partim præceptum proponitur. Αἱ δὲ νηστεῖαι ὑμῖν μὴ ἔστωσαν

μετὰ

μετὰ τῶν ὑποκριτῶν· νηστεύουσι γὰρ δευτέρα σαββάτων καὶ πέμπτῃ. Ὑμεῖς δὲ ἡ τὰς πέντε νηστεύσατε ἡμέρας, ἢ τετράδα καὶ παρασκευήν. ὅτι τῇ μὲν τετράδι ὁ κύριος ἐξήλθεν καὶ ὑπὸ Ἰούδα χρήμασιν ἐπαγγελαμένου τὴν προδοσίαν· τὴν δὲ παρασκευὴν, ὅτι ἔπαθεν ὁ Κύριος ἐν αὐτῇ πάσχα τὸ διὰ σταυροῦ ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου. *Jejunia verò veſtra ne ſint cum hypocritis communia: jejunant enim ſecundâ hebdomadis feriâ & quintâ. Vos verò vel per totos quinque dies jejunate*, (Sabbato videlicèt dempto, ut ſtatim adjicitur, & die Dominico) *vel in quartâ feriâ & Paraſceve. Quoniam in quartâ quidem judicium contra Dominum prodiit, cùm Judas proditionem pecuniâ promiſerat: in Paraſceve verò quoniam in eâ Dominus crucis ſupplicium paſſus eſt ſub Pontio Pilato.* ubi nota, in *quartâ* jejunii cauſam in Conſtitutionibus aſſignari *proditionem*, non, ut *Epiphanius* retulit, *comprehenſionem* Domini; quam feriâ *quartâ* nequaquàm contigiſſe certum eſt.

III. Exceptio jejunii quartæ & ſextæ feriæ in *Pentecoſte*, ſive ſeptimanis ſeptem inter Dominicam Paſchatis & Pentecoſtes poſitis, neque in locis illis jam citatis, neque etiam in Canone Apoſtolico 69° exprimitur: licèt in quinti Conſtitutionum libri capite poſtremo implicitè videatur ea tradita; ubi ita ſcriptum habetur. Μετὰ οὖν τὸ ἑορτάσαι ὑμᾶς τὴν Πεντηκοστὴν, ἑορτάσατε μίαν ἑβδομάδα· καὶ μετ' ἐκείνην νηστεύσατε μίαν. δίκαιον γὰρ καὶ εὐφραίνεσθαι ἐπὶ τῇ ἐν Θεῷ δωρεᾷ, καὶ νηστεύσαι μὴ πάλιν ἄνεσιν. *Poſt celebratam Pentecoſten, celebrate hebdomadam unam; & poſt illam jejunate item unam. Æquum enim eſt tùm lætitiam de dono Dei capere, tùm poſt relaxationem corporis rurſùs jejunare.* deinde, paucis interjectis, additur. Μετὰ δὲ τὴν ἑβδομάδα τῆς νηστείας, πᾶσαν τετράδα καὶ παρασκευὴν προσέταξα ὑμῖν νηστεύειν. *Poſt iſtam jejunii hebdomadam, in omni quartâ feriâ & Paraſceve præcipimus vobis ut jejunetis.* Unde colligitur, poſt dictam illam jejunii ſeptimanam, quæ octavam Dominicæ Pentecoſtes proximè excipiens, per totos quinque dies jejunia continuabat (ſequens enim Sabbatum & Dominica eam legem non admittebat) quartæ & ſextæ feriæ jejunium deinceps fuiſſe obſervandum; uſque ad *Pentecoſten* iterùm recurrentem ſcilicèt. Sic enim & caput hoc, & totus ille quintus liber, mox concluditur. Ἔνοχος γὰρ ἁμαρτίας ἔσται ὁ τὴν Κυριακὴν νηστεύων ὑμῶν ἑορτὴν ἀναστάσιος ὄσαι, ἢ τὴν Πεντηκοστὴν, ἢ ὅλως ἡμέραν ἑορτῆς Κυρίου καταφῶν· εὐφραίνεσθαι γὰρ δεῖ

EX BIBL. UNIV. EDINBURGEN.

ἐν αὐταῖς, ἀλλ' ὁ πνδῆσαι. *Reus peccati erit, qui Dominico die jejunaverit, cùm ſit dies reſurrectionis; aut qui Pentecoſten, aut omninò diem feſtum Domini in mœſtitiâ egerit: lætari enim his diebus oportet, non autem lugere.* Ubi, cùm non minùs à *Pentecoſte* quàm ab ipſo *Dominico die* jejunium amoveri præcipitur: manifeſtum eſt, *Pentecoſtes* nomine non nudè ipſam Dominicam Pentecoſtes ſignificari (comprehenſa enim fuerat illa ſub reliquis diebus Dominicis) ſed quinquaginta ſimul dies Paſchalem Dominicam proximè conſequentes. in quibus (ut apud [a] *Jo. Caſſianum* loquitur abbas *Theonas*) *per omnia eandem ſolennitatem quam die Dominicâ cuſtodimus; in quâ majores noſtri, nec jejunium agendum, nec genu eſſe flectendum, ob reverentiam reſurrectionis Dominicæ tradiderunt.* Nam eo modo *Pentecoſtes* nomen in Διαταξει Apoſtolicâ ab *Epiphanio* productâ intellectum fuiſſe, illud indicio eſt; quòd quartæ & ſextæ feriæ jejunium interdictum in eâ ſit, χωρὶς Πεντηκοστῆς: quæ exceptio planè fuiſſet ridicula, ſi ad Dominicam Pentecoſtes reſtringendum fuiſſet illud vocabulum. atque ab ipſo *Epiphanio* ita fuiſſe acceptum, expoſitio illa in Compendiariâ doctrinâ Panario ſuo ſubjectâ, dubitare nos non ſinit; in quâ Apoſtolicæ Conſtitutionis praxim ab Eccleſiâ Catholicâ obſervatam ita ediſſerit. Καὶ δὴ ὅλα μὲν τὸ ἔτος ἡ νηστεία φυλάττεται ἐν τῇ ἁγίᾳ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, φημὶ δὲ τετράδι καὶ παρασκευῇ, ἕως ὥρας ἐνάτης· δίχα μόνης τῆς Πεντηκοστῆς ἕλκει δὲ πεντήκοντα ἡμερῶν, ἐν αἷς ὔτε γονυκλισία γίνεται, ὔτε νηστεία προστάττεται. *Porrò iſtiuſmodi jejunium toto anno in Eccleſiâ Catholicâ ſervatur, quartâ inquam & proſabbato, uſque ad horam nonam: exceptâ ſolâ Pentecoſte, per totos quinquaginta dies; in quibus neque genua flectuntur, neque jejunium imperatum eſt.* Ubi obſerva, per ſolos illos quinquaginta dies, juxta veterem Διαταξιν jejunium quartæ ſextæque feriæ fuiſſe intermiſſum; neutiquàm verò, ut hodiernus Conſtitutionum codex requirit, ſeptimanâ etiam Pentecoſten inſequente: cujus feſtivitatis, ut & hebdomadæ jejunii eam ſtatim excipientis, ſicuti mentionem ab antiquis ullibi factam non meminimus; ita in Romanâ Eccleſiâ, ex Quatuor temporum ſolennibus jejuniis, unam à feriâ quartâ, ipſius Pentecoſtes Dominicam proximè ſubſequente, initium ſumere ignorare non poſſumus. Vide Leonis I. ſermones 4. *de jejunio Pentecoſtes.*

[a] Caſſian. Collat. 21. cap. 20. Vid. & Auguſtin. epiſt. 119. ad Januar. & Maxim. Taurinenſ. homil. 3. de Pentecoſte.

IIII. Quod

IIII. Quod de quartæ & ſextæ feriæ jejunio horâ *nonâ* ſolvendo, ex vetere Διατάξει repetit *Epiphanius*; in noſtris Conſtitutionum libris non invenio.

V. De jejunio ſex dierum, Paſchalem Dominicam antecedentium, & Quadrageſimale jejunium inſequentium, in libro 5° noſtrarum Διατάξεων, capite 12° iſta legimus. Ἐπιτελείσθω δὲ ἡ νηστεία αὕτη, Quadrageſimalis ſcilicèt, πρὸ τῆς νηστείας τῆ Πάσχα, ἀρχομένη μὲν ἀπὸ δευτέρας, πληρουμένη δὲ εἰς παρασκευὴν. Μεθ' ἃς ἀπονηψάντες, ἄρξασθε τῆς ἁγίας τ Πάσχα ἑβδομάδος, νηστεύοντες αὐτὴν πάντες, μετὰ φόβου καὶ τρόμου, προσευχόμενοι ἐν αὐταῖς πρὸ τ ἀπολλυμένων. *Celebretur verò jejunium hoc ante jejunium Paſchæ: incipiens quidem à ſecundâ feriâ*, (primâ enim ſive Dominicâ non jejunabatur) *deſinens verò in ſextam. Poſt quos dies ſoluto jejunio*, (Sabbato & Dominico die intervenientibus) *incipite ſanctam Paſchæ hebdomadam: jejunantes in eâ omnes, cum timore & tremore, orantes per eos dies pro pereuntibus.* Judæis ſcilicèt; ut ex 14ⁱ capitis initio liquet.

VI. De jejunii modo, ſex iſtis diebus præſcripto, in antepenultimo ejuſdem quinti libri capitulo, habentur iſta. Ἐν ταῖς ἡμέραις ἓν τ Πάσχα νηστεύετε, ἀρχόμενοι ἀπὸ δευτέρας μέχρι τῆς παρασκευῆς, ἓξ ἡμέρας, μόνῳ χρώμενοι ἄρτῳ καὶ ἁλὶ καὶ λαχάνοις καὶ ποτῷ ὕδατι· οἴνου δὲ καὶ κρεῶν ἀπέχεσθε ἐν ταύταις. ἡμέραι γάρ εἰσι πένθους, ἀλλ' οὐχ' ἑορτῆς. *Jejunate igitur diebus Paſchæ, incipientes à ſecundâ feriâ uſque ad Paraſceven & Sabbatum, ſex diebus ſolo pane utentes, ſale atque oleribus, & aquâ in potum. A vino verò & carnibus abſtinete his diebus: luctûs quippe dies ſunt, & non feſti.* ubi *olera* vides addita; quorum nulla apud *Epiphanium* mentio: qui in Panarii quoque Epilogo, eundem morem ſuo tempore obſervatum ita narrat. Τὰς δὲ ἓξ ἡμέρας τ Πάσχα ἐν ξηροφαγίᾳ διατελοῦσι πάντες οἱ λαοὶ, φημὶ δὲ ἄρτῳ καὶ ἁλὶ καὶ ὕδατι· ὀψὲ δὲ χρώμενοι περὶ ἑσπέραν. *Sex dies ipſius Paſchæ omnes populi in ſiccorum eſu tranſigunt: pane, inquam, & ſale, & aquâ tunc utentes ad veſperam;* quando uniuſcujuſque diei ſolvendum erat jejunium.

VII. Ad id quod poſtremo loco ab *Epiphanio* contra *Aërium* ex Apoſtolicis Conſtitutionibus eſt citatum, ποιεῖν τε ἡμέρας ἄγειν, πῶς τε ἀπολύειν εἰς ἐπιφώσκουσαν Κυριακὴν, ſpectant hæc libri quinti noſtrarum Διατάξεων, in quibus Paſchalis jejunii ſolutio (& cum eo conjuncta Paſchalis feſtivitatis inſtauratio) præcepta

habetur τῇ ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ ἀλέκτορος φωνήσαντος, *septimâ die, in galli cantu*; capite 14°. & jejunii protensio, μέχρις ἀλεκτοροφωνίας νυκτὸς, *usque ad nocturnum galli cantum*; capite antepenultimo. & in sequente capite plenissimè: Τῷ δὲ σαββάτῳ μέχρις ἀλεκτοροφωνίας φράττοντες, ὑπονηστίζειν δηφωσκούσης μιᾶς σαββάτων, ἥτις ἔχει Κυριακήν. Ἀπὸ ἑσπέρας ἕως ἀλεκτοροφωνίας ἀγρυπνοῦντες, καὶ ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ συναθροιζόμενοι χεῖρας τείνετε, παρευχόμενοι καὶ δεόμενοι τοῦ Θεοῦ, ἐν τῇ διανυκτερεύσει ὑμῶν, ἀναγινώσκοντες τὸν νόμον, τοὺς προφήτας, τοὺς ψαλμοὺς μέχρις ἀλεκτρυόνων κραυγῆς. *Sabbato autem usque ad gallicantum jejunium producite; & illucescente primâ Sabbatorum, qui est dies Dominicus, desinite: pervigilantes à vesperâ usque ad gallicantum, & in Ecclesiâ in unum congregati preces & supplicationes Deo in pernoctatione vestrâ adhibentes; item Legem, Prophetas, & Psalmos usque ad gallicantum legentes.* Verior enim est ista lectio, quàm quæ habetur in alio exemplari: Ἀπὸ δὲ ἑσπέρας πέμπτης μέχρις ἀλεκτοροφωνίας, ὑπονηστίζοντες δηφωσκούσης μιᾶς σαββάτων, ἥτις ἔχει Κυριακήν.

Circa annum Domini CCL. quum vesperâ Sabbati jejunium hoc quidam solverent, alii verò usque ad gallicantum protenderent; à *Basilide* interrogatus est *Dionysius Alexandrinus* Archiepiscopus, καθ' ἣν ὥραν ὑπονηστίζειν δεῖ τὴν τοῦ Πάσχα ἡμέραν, *quâ horâ jejunium, Paschatis diem antecedens, esset terminandum*[b]. Cui respondit ille; præcisam & exactam horam hîc statuere, esse καὶ δύσκολον καὶ σφαλερώτερον, *& difficilem rem esse & lubricam.* Quod nunquam dicturum fuisse illum, rectissimè censuit *Seldenus* noster; si Apostolicæ istæ Constitutiones, quæ gallicantûs tempus hîc determinant, vel extitissent eâ tempestate, vel authoritatem aliquam obtinuissent. Neque earum verba, ut vocem Apostolicam, à *Dionysio* fuisse citata, persuasit mihi adhuc, ex ejus ad *Philemonem* Romanum presbyterum de Baptismate epistolâ, à doctissimo[c] *Blondello* productum testimonium[d]. Ἀποδέξαμαι τὸ ῥῆμα, ὡς ἀποστολικὴν φωνὴν συντείχον τῇ λεγούσῃ πρὸς τοὺς δυνατωτέρους, Γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται. *Acceptavi visionem hanc, tanquam Apostolica voci conformem, sic ad potentiores dicenti: Estote probi trapezitæ.*

Licèt enim in harum Constitutionum libro II. cap. 36. Sacerdotibus dictum fuisse legatur, Γίνεσθε τραπεζῖται δόκιμοι: id tamen ut Scripturæ dictum à commentitio hoc *Clemente* est citatum;

[b] Dionys. epist. ad Basilid. inter Canones cum Balsamonis commentariis editos. (pag. 879. edit. Græco Latin.)

[c] D. Blondell. Prolegomen. in Pseud-Isidorum, cap. 12. init.

[d] Apud Euseb. lib. 7. histor. cap. 7.

tatum; sicut & ante eum à *Clemente Alexandrino*, sub primi finem Stromatis. Εἰκότως ἄρα καὶ ἡ γραφὴ τοιούτους ἡμᾶς διαλεκτικοὺς ὅπως ἐθέλουσα γενέσθαι παραινεῖ. Γίνεσθε δὲ δόκιμοι τραπεζῖται· τὰ μὲν ἀποδοκιμάζοντες, τὸ δὲ καλὸν κατέχοντες. *Meritò ergo Scriptura quoque tales nos esse volens dialecticos, sic hortatur: Efficiamini autem probi trapezitæ; alia quidem reprobantes, quod autem bonum est tenentes.* ubi ad dictum Pauli 1 Thessal. 5. 21. allusionem esse factam, Sylburgius annotat: confidentiùs quoque id pronunciaturus, si vel *Eusebii* in Apologiâ pro Origene, locus ille in mentem ei venisset. *Ab his qui Origenis libros legunt, istud penitùs exclusum putant esse mandatum, quo probabiles esse jubentur effici trapezitæ; scientes quod bonum est retinere, ab omni autem specie mali se abstinere.* vel, in principium Proverbiorum, alter ille *Basilii.* ὡς δόκιμος τραπεζίτης, τὸ μὲν δόκιμον κατέξει, ἀπὸ δὲ παντὸς εἴδους πονηροῦ ἀφέξεται. *ut bonus trapezita, quod bonum fuerit retinebit, & ab omni specie mali abstinebit.* ubi Fronto Ducæus quoque admonet, ad quintum illud prioris ad Thessalonicenses epistolæ caput esse allusum: in quo mandatis illis, Πάντα δοκιμάζετε, τὸ καλὸν κατέχατε, & hoc statim subjicitur; Ἀπὸ παντὸς εἴδους πονηροῦ ἀπέχεσθε.

Verùm non ex scripturâ illâ Apostolicâ, sed ex Evangelio (sive illo secundùm Hebræos, sive alio aliquo apocrypho) præceptum hoc esse petitum, [e] *Origenes* indicat: distinctim commemorans, *illud Jesu mandatum, Estote boni trapezitæ; & Pauli doctrinam docentis, Omnia probantes, quod bonum est tenete, ab omni specie malâ abstinete vos.* & post eum [f] *Hieronymus*, affirmans se *illud Apostoli libenter audire; Omnia probate, quod bonum est tenete: & Salvatoris verba dicentis; Estote probati nummularii.* & [g] *Johannes Cassianus*: qui post monitum illud, *ut efficiamur, secundùm præceptum Domini, probabiles trapezitæ*, prætereà addit. *Quæ omnia nos quoque debere spiritaliter observare, sub figurâ & exemplo nominis hujus, Evangelicus sermo hoc exemplo proposito docet.* iterúmque [h] *illam Evangelicam* (ut appellat) *parabolam, quâ jubentur fieri probabiles trapezitæ*, commemorat. Sed ad *Epiphanium* redeo.

[e] Origen. in Evangel. Johannis, tom. 19.

[f] Hieronym. epist. ad Minetium & Alexandrum. (sub finem tomi 3.)

[g] Cassian. in primâ Patrum Collatione, cap. 20.

[h] Id. Collat. 2. cap. 9.

CAP. IX.

CAP. IX.

De Paſchatis celebratione, ex Apoſtolicis Conſtitutionibus, ab Epiphanio contra Audianos producta teſtimonia: cum aliis duobus locis ab eodem alibi, & tertio ab authore operis imperfecti in Matthæum ex iiſdem allegato.

AD ea jam teſtimonia venio, quæ in hæreſi 70 contra *Audianos* ab *Epiphanio* ſunt producta: quorum *primum* & præcipuum, de Paſchalis feſtivitatis calculo, hiſce conceptum eſt verbis. Ὑμεῖς μὴ ψηφίζετε, ἀλλὰ ποιεῖτε ὅταν οἱ ἀδελφοὶ ὑμῶν οἱ ἐκ περιτομῆς, μετ' αὐτῶν ἅμα ποιεῖτε· καὶ τὰ πλανηθῶσι, μηδὲν ὑμῖν μελέτω. *Vos temporum rationes ne ſubducite: ſed eo tempore celebrate, quo fratres veſtri, qui ex circumciſione prodierunt. Cum iis itaque Paſcha peragite: & quamvis aberrent ipſi, nihil id vos commoveat.* At in noſtris Conſtitutionibus nihil extat hujuſmodi: ſed in libri V. capite XVI. (ut dictum eſt) planè contrarium. Δεῖ οὖν ὑμᾶς ἀδελφοὶ, τοὺ τῇ τοῦ Χριστοῦ τιμίῳ ἐξηγορασμένους αἵματι, καὶ ἡμέρας τῷ Πάσχα ἀκριβῶς ποιεῖσθαι μετὰ πάσης σπουδῆς μετὰ προθυμίας ἰσημερινῆς (ὅπως μὴ δίς τοῦ ἐνιαυτοῦ ἑνὸς παθήματος μνείαν ποιῆσθε, ἀλλὰ ἅπαξ † ὅτις τοῦ ἅπαξ ὑπομένοντος) μηκέτι δὲ παραπρέμενοι μετὰ Ἰουδαίων ἑορτάζειν. ἀθεμίτος γὰρ κοινωνία ἡμῖν νῦν πρὸς αὐτούς· πεπλάνηται γὰρ ἐν αὐτῷ τῷ φρονεῖν, ὧν νομίζουσιν ἐπιτελεῖν. ὅπως παντελῶς ὦσι πεπλανημένοι, καὶ τῆς ἀληθείας ἀπεχωρισμένοι. *Oportet ergo vos, fratres, qui pretioſo Chriſti ſanguine redempti eſtis, dies Paſcha accuratè & cum omni diligentiâ poſt æquinoctium celebrare (ne bis per annum paſſionis unius, ſed ſemel quotannis ejus qui ſemel mortuus eſt memoriam colatis) cavente ne cum Judæis feſtum obſervetis. Nulla enim nunc eſt nobiſcum cum illis communio. Falluntur namque in ipſo etiam calculo, quem exiſtimant ſe abſolvere: ut ex omni parte errare, & à veritate diſcedere inveniantur.* Ubi licèt error calculi Judaici apertè indicetur, qui in teſtimonio ab *Epiphanio* citato per hypotheſin tantùm innuitur: tamen, planè contra quàm illic ſtatuitur, calculus accuratè inſtitui jubetur; concordiæ cum iis qui ex circumciſione erant retinendæ nullâ omninò ratione habitâ.

In

In vetere verò illo decreto præcepiſſe Apoſtolos obſervat *Epiphanius*, celebrandum eſſe Paſcha quando id peragerent *fratres* ipſorum, non ὁι ἐν περιτομῇ *qui ſunt in circumciſione*, ſed ἀι ἐκ περιτομῆς *qui ſunt de circumciſione*; qui videlicèt à Judaiſmo ad Chriſtianiſmum erant converſi: idque διὰ τὴν ἕνωσιν τὴν μίαν, ἵνα μὴ ᾖ σχίσματα μηδὲ διαιρέσεις, *ob ſolam unitatem, ut ne eſſent ſectæ neque diviſiones*; ἀ διὰ τὴν ἀκρίβειαν, ἀλλὰ διὰ ὁμόνοιαν, *non propter exactam certitudinem, ſed propter concordiam.* hoc eſt, (ut ipſe poſteà exponit latiùs) ἀ διὰ τὸ πείθειν ἄγειν τοὺς Ἰουδαίους μετὰ ἀκριβείας, ἀλλὰ διὰ τὸ ἐκτιμεῖν τὴν φιλονεικίαν τῶν βουλομένων καθ' ἑαυτὸν ἕκαστον ἐπιτελεῖν, καὶ μὴ ἐν ὁμονοίᾳ. *non quòd omninò Judæi exactè hoc agant, ſed ut contentionem exſcindant eorum, qui volunt quoſvis juxta ipſorum ſententiam peragere, & non in unâ concordiâ.*

Atque hîc primorum *Hieroſolymitanæ* Eccleſiæ Epiſcoporum, qui ex circumciſione fuerant, rationem inprimis fuiſſe habitam, addit idem: quorum quindecim, ante Urbem ab *Hadriano* Imp. everſam, ſibi in eâ ſede ordine ſucceſſerunt. Ἅμα δὲ (inquit ille) καὶ πεντεκαιδέκα ἐπίσκοποι γεγόνασιν ἐκ περιτομῆς, καὶ ἐχρῆν τότε τὴν ὀπτηλίαν ἐκ περιτομῆς ὄντων, ἐν Ἱερουσαλὴμ καταστάντων, τὸν πάντα κόσμον τούτοις συνῳδεῖν, καὶ μετ' αὐτῶν ἐπιτελεῖν· ἵνα μία τις γένηται συμφωνία, καὶ μία ὁμολογία, μία ἑορτὴ ἐπιτελουμένη. *Simul autem quindecim Epiſcopi fuerunt ex circumciſione: & oportebat tunc Epiſcopis ex circumciſione exiſtentibus, in Hieruſalem conſtitutis, omnem mundum aſſentiri, & cum ipſis perficere; una ut omnium concordia, una confeſſio, una feſtivitatis obeunda ratio firmaretur.* Horum autem quindecim Epiſcoporum temporibus, in Paſchatis *calculo* (de quo hæc agit Conſtitutio) conveniebat cum eis Chriſtianorum univerſitas; de illius ἀκριβείᾳ nihil ſollicita. Neque enim in eo Legis Moſaicæ (jam abrogatæ) & temporis in eâ requiſiti obſervationem omninò illi ſpectabant: ſed memoriam vel *Paſſionis* vel *Reſurrectionis* Domini noſtri recolebant, anni formæ à Judæis (ſub quibus ille paſſus fuerat & reſurrexerat) ratione ſimpliciter habitâ; quæ ſive accurata fuiſſet, ſive erronea, ad eam conſiderationem parùm certè aut nihil attinere arbitrabantur.

Admiſſo autem ab omnibus communiter Judaico iſto *calculo*; alii Paſcha σωφώσιμον die primo azymorum, in quamcumque

que septimanæ feriam ille incidisset, lugendo & jejunando observabant, eóq; transacto jejunium solvebant (ut ex *Chrysostomi* oratione intelligimus, adversùs eos habitâ *qui primo Pascha jejunabant:*) alii jejunium usque ad proximam Dominicam continuantes, in eâ Pascha ἀναστάσιμον cum gaudio & festivitate celebrabant. Prior consuetudo, in Ecclesiis non solùm *Asiæ* propriè dictæ (quod ex controversiâ cum eis hâc de re à *Victore* Romano Episcopo habitâ notum est) sed etiam *Syriæ*, *Mesopotamiæ* & *Ciliciæ* (ut ex *Athanasii* libro de Synodis, & epistolâ ad Africanos, colligitur) obtinuit: posterior in *Romanâ*, *Alexandrinâ*, & aliis Ecclesiis est recepta, ipsâque adeò *Hierosolymitanâ*; ut ex [a] *Theophili Cæsarienſis*, *Narcissi Hierosolymitani*, & aliorum *Palæstinæ* Episcoporum Synodicâ epistolâ tempore *Victoris* ad omnes Ecclesias transmissâ, manifestum est. Ut maximopere viri docti decepti hîc fuerint, qui ex consensu in Paschalis mensis ὁρισμῷ cum primis *Hierosolymorum* episcopis stabilito, Paschatis quocumque septimanæ die cum *Quartadecimanis* observandi ritum simul fuisse introductum sibi persuaserunt. præsertim cùm in vetere illâ διατάξει, uti ipsius *Epiphanii* tempore se habebat, Paschale jejunium continuandum usque ad ὀπφώσκουσα Κυριακὴν, ideóque *Dominicâ* tantùm die Christianum Pascha fuisse peragendum, in loco jam superiùs ex hæres. 75. adversùs *Aërium* producto, diserte verbis expressum habeamus.

[a] Apud *Euseb.* lib. 5. hist. cap. 25.

Post Judaici verò statûs umbram ipsam ab *Hadriano* penitùs sublatam, & Episcopos ex Gentibus ad sedem *Hierosolymitanam* assumptos; ad *Quartadecimanam* illam veterem, accesserunt novæ de Paschali *calculo*, inter eos etiam qui Dominicâ tantùm die Pascha celebrandum fuisse defendebant, controversiæ. Cùm enim anni initium à verno æquinoctio deducendum fuisse apud se statuissent, & juxta Judaicum computum Pascha nonnunquàm antevertere illud æquinoctium comperissent; indéque illud vidissent sequi (quod in hâc adversùs *Audianos* disputatione notavit etiam *Epiphanius*) ut bis aliquando in uno anno Pascha fieret, & alio anno nunquàm: ut id incommodi devitarent, ad Cyclos multiplices confugerunt; aliis cum [b] *Dionysio Alexandrino* Octoëterida, aliis cum [c] *Hippolyto Portuensi* Hekkædecaëterida, aliis cum [d] *Anatolio Laodicæno* Enneadecaëterida.

[b] Apud eund. lib. 7. cap. 20.
[c] Ibid. lib. 6. cap. 22.
[d] Ibid. lib. 7. cap. 32.

neadecaëterida, aliis alias periodos Paſchales hîc adhibentibus. Atque hinc nata eſt, tùm octavi Canonis Apoſtolici prima conſtitutio, tùm Διατάξεως Apoſtolicæ longè pòſt ab interpolatore hoc noſtro ad eundem facta conformatio.

Secundò, Apoſtolos ediviſſe refert hîc *Epiphanius*, τὴν ἀγρυπνίαν φέρειν, μεσαζόντων τῶν ἀζύμων: *agendas fuiſſe vigilias in medio Azymorum*, id eſt, in ipſo die azymorum; ut in annotationibus ad hunc locum confirmat *Petavius*. In noſtrarum verò Conſtitutionum libri V. capite penultimo, ſimile quoddam præceptum legitur, de ſabbati Paſchalis pervigilio à veſperâ uſque ad galli-cantum peragendo, & jejunio per præcedentem ſeptimanam diligenter obſervando: quod ob Judæorum pervicaciam deplorandum, in capite 14°. faciendum declaratur; hâc etiam ratione additâ. Ἐν αὐτῇ γὰρ αὐτῶν τῇ ἑορτῇ κατέσχον τὸν Κύριον· ὅπως πληρωθῇ ἐκεῖνο τὸ φάσκον λόγιον. Ἔθεντο τὰ σημεῖα αὐτῶν ἐν μέσῳ τῆς ἑορτῆς ἑαυτῶν, καὶ οὐκ ἔγνωσαν. Δεῖ δὲ πενθεῖν ὑπὲρ αὐτῶν, ὅτι ἀληθοῦς τοῦ Κυρίου οὐκ ἐπίστευσαν αὐτῷ, ἀλλ' ἀπεστέρησαν τὴν διδασκαλίαν αὐτοῦ, ἀναξίους κρίναντες ἑαυτοὺς σωτηρίας. *In ipſo enim feſto ſuo detinuerunt Dominum: ut impleretur illud oraculum.* [e] Fuerunt ſigna ſua in medio ſolennitatis eorum, & non cognoverunt. *Debemus igitur pro ipſis lugere; quòd cùm veniſſet Dominus, ei credere noluerunt, ſed potiùs doctrinam ejus rejecerunt, ſéque indignos ſalute judicârunt.* Quum autem [f] *per dies azymorum jejunare Judæis fas non eſſet* (ut in primâ contra Judæos oratione oſtendit *Chryſoſtomus*) & antiqua tamen Διάταξις pervigilium (atque cum eo conjunctum jejunium) *in medio azymorum* agendum præciperet: argumento erat, in decreto illo ſuperiore de Paſchali calculo cum fratribus qui erant ex circumciſione, communis concordiæ gratiâ, ineundo, συγκαταβάσεως cum infidelibus illis qui erant in circumciſione retinendæ nullam omninò rationem fuiſſe habitam. ut ab *Epiphanio* rectè fuit animadverſum.

[e] Pſal. 73. (al. 74.) 4.

[f] Ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν ἀζύμων νηστεύειν Ἰουδαίοις οὐ θέμις. Chryſoſt. tom. 6. edit. Savil. pag. 317.

III. Eandem animi alienationem à ſocietate cum infidelibus Judæis fovendâ pleniùs loquuntur illa, quæ ex eâdem vetere Διατάξει *Epiphanius* deinde ſubjicit. Ὅταν ἐκεῖνοι εὐωχῶνται, ὑμεῖς νηστεύοντες ὑπὲρ αὐτῶν πενθεῖτε, ὅτι ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἑορτῆς τὸν Χριστὸν ἐσταυρώσατε· καὶ ὅταν αὐτοὶ πενθῶσι, τὰ ἄζυμα ἐσθίοντες ἐν πτυχίοις, ὑμεῖς εὐωχεῖσθε. *Quando illi convivantur, vos jejunantes pro*

ipſis lugete: quoniam in die feſtivitatis Chriſtum crucifixerunt. Et quando ipſi luxerint, azyma edentes cum intybis, vos convivamini. Quandocúmque nimirùm Luna XV^a. menſis primi ſive prima azymorum, in alium diem quàm Dominicum incurrebat diem, epulantibus Judæis jejunabant Chriſtiani: quoties verò Luna XIIII^a. ejuſdem menſis in Dominicum incidebat diem, lugentibus ad veſperam diei illius Judæis, hoc eſt, [g] herbis amaris cum pane azymo (qui & ipſe [h] *panis afflictionis* habitus eſt) veſcentibus, epulabantur Chriſtiani. Cujus quidem decreti membrum poſterius in hodiernis Conſtitutionibus omninò non habetur: prioris verò, in illo ſex dierum Paſchalem Dominicam antecedentium jejunio, impreſſum qualecunque reperitur veſtigium. quod quidem, velut ab ipſo *Chriſto* imperatum, in libri V. Conſtitut. capite 14°. ita nobis proponitur. Παρήγγειλεν ὁ κύριος ἡμῖν αὐτὸς νηστεύειν τὰς ἓξ ἡμέρας ταύτας, διὰ τὴν τῶν Ἰουδαίων ἀνοσιότητα καὶ ἀθεσμίαν, πενθεῖν αὐτοὺς καὶ ὀδύρεσθαι παρακελευσάμενος ἐπὶ τῇ ἀπωλείᾳ αὐτῶν. καὶ γὰρ αὐτὸς αὐτοῖς ἐπεδάκρυσεν ἀγνοήσασι τὸν καιρὸν τῆς ἐπισκοπῆς αὐτῶν. *Itaque præcepit nobis jejunare his ſex diebus, propter impietatem & ſcelus Judæorum; hortatus ad deflendum & lamentandum interitum eorum: ſiquidem & ipſe illacrymatus eſt illis, ignorantibus tempus viſitationis ſuæ.*

g Exod. 12. 8.
h Deut. 16. 3.

IIII. Proxima ex Apoſtolorum Διατάξει ab *Epiphanio* laudatur hæc ſententia: Ὁ κακῶν ἑαυτὴν τὴν ψυχὴν ἐν Κυριακῇ, ὑπικατάρατός ἐστι τῷ Θεῷ. *Qui affligit animam ſuam in Dominicâ, maledictus eſt Deo.* Cui, quod ad ſenſum attinet (nam verba planè alia ſunt) reſpondet illud, quod in ultimo ejuſdem V. Conſtitutionum libri capitulo hodie legimus. Ἔνοχος ἁμαρτίας ἔσται ὁ τὴν κυριακὴν νηστεύων, ἡμέραν ἀναστάσιμον οὖσαν. *Reus peccati erit qui Dominico die jejunaverit; cùm ſit dies Reſurrectionis.*

V. Poſtremum in hâc adverſùs *Audianos* diſputatione ab *Epiphanio* obiter perſtrictum teſtimonium, hoc eſt. Παραπηρεῖται ἡ ἐκκλησία ἄγειν τὴν ἑορτὴν τοῦ πάσχα, τυπίσει τὴν ἑβδομάδα τὴν ἀδιαμίλητον καὶ ἀπ' αὐτῶν τῶν Ἀποστόλων ἐν τῇ Διατάξει, ἀπὸ δευτέρας σαββάτων, ὅπερ ἐστὶν ἀγοραστὰς τοῦ σεσάτου. *Obſervat Eccleſia ut feſtivitatem Paſcha peragat, hoc eſt, hebdomadam decretam etiam ab ipſis Apoſtolis in Conſtitutione, à ſecundâ ſabbatorum, id eſt, emptâ oviculâ.* quam hebdomadam, à ſecundâ feriâ inchoandam, per Lunares rationes, hîc etiam obſervandas, ita deinde circumſcribit.

cumſcribit. Ὅτε γὰρ ἐξεκαιδεκάτης σελήνης δυνάμεθα, ὅτε ἀπὸ ἐνάτης σελήνης δυνάμεθα ἄρξασθαι τῆς ἑβδομάδος (τῆς ξηροφαγίας καὶ Πάσχα) καλυμένης ἁγίας, ἀλλὰ ἀπὸ δεκάτης ἕως ὀπφωσκούσης πεντεκαιδεκάτης. *Neque enim à decimaſextâ Lunâ poſſumus, neque à nonâ Lunâ poſſumus incipere hebdomadam (eſius ſiccorum & Paſchatis) appellatam ſanctam: ſed à decimâ uſque ad illuceſcentem quintamdecimam.* Decima igitur primi Lunaris menſis dies, ἥτις δεῖ σύλλημψις ⁊ σαββάτου (ut idem poſteà loquitur) dies videlicèt quæ ad ſeponendum agnum ex lege erat deſtinata, Exod. XII. 3. ſupremum ſtatuebatur hebdomadæ hujus initium: ita ut à ſecundâ feriâ inter Lunam IX. & XVI. (utroque excluſo termino) interjectâ, inciperent ἐξ ἡμέρας ⁊ Πάσχα, ut in Panarii epilogo appellatas eas ab eo fuiſſe oſtendimus. Qui jejunii dies ſex, unâ cum die feſtivâ ipſius Paſchatis, conſtituebant τὴν ἑβδομάδα τὴν ὡρισμένην ἀπ' Ἀποστόλων ἐν τῇ Διατάξει, quam, à poſtremo feſtivitatis die, τὴν ἑορτὴν τοῦ Πάσχα ſynecdochicè appellat *Epiphanius*. Propriè enim loquendo, τὸ Πάσχα ἐ νηστείας δεῖν ἐλέ πίνθος, ἀλλ' εὐφροσύνης καὶ χαρᾶς ὑπόθεσις, *Paſcha non jejunii, neque luctûs, ſed gaudii & exultationis eſt occaſio*: ut habet *Chryſoſtomus* in oratione adverſùs eos habitâ qui primo Paſchate jejunabant. Quid verò de hâc Paſchalis jejunii hebdomadâ, *ſanctâ* & *magnâ* appellatâ in iis quas nos habemus Conſtitutionibus ſit traditum, jam anteà diximus; neque ut hîc repetamus opus eſt. Tom. 6. edit. Savil. pag. 381, 382.

Superſunt adhuc alia duo, ex hiſce libris ab *Epiphanio* producta teſtimonia: alterum, in hæreſi 45. contra *Severianos*. Οἱ Ἀπόστολοι φασὶν ἐν τῇ Διατάξει τῇ καλυμένῃ, ὅτι φυτεία Θεοῦ καὶ ἀμπελὼν ἡ καθολικὴ ἐκκλησία. *Apoſtoli in Conſtitutione, quæ appellatur, dicunt: Plantatio Dei & vinea, Eccleſia Catholica.* cui reſpondet illud libri primi noſtrarum Διατάξεων, in operis totius Procœmio: Θεοῦ φυτεία ἡ καθολικὴ ἐκκλησία καὶ ἀμπελὼν αὐτοῦ ἐκλεκτὸς. *Dei plantatio eſt Eccleſia Catholica & vinea ejus electa.* in hæreſi 80. contra *Maſſalianos*, hoc alterum. Περὶ μὲν οὖν τῶν γενείων, ἐν ταῖς Διατάξεσι φησὶν Ἀποστόλων φάσκει ὁ θεῖος ⁊ λόγος καὶ ἡ διδασκαλία, μὴ φθείρειν, τυτίζειν μὴ τίμνειν τρίχας γενείου, μηδὲ ἐπιειομῷ κατακόμειθαι, μήτε ὑποκρίσεως ὑπόδειγμα δικαιοσύνης τὸν τροσώπον ἔχειν. *De barbâ quidem in Conſtitutionibus Apoſtolorum dicit divinus ſermo & doctrina; non corrumpendos, hoc eſt, non ſecandos eſſe pilos barbæ, neque meretricio more ornari debere, neque*

per fastum affectatam quandam justitiæ speciem in congressu præferri. In nostris verò Constitutionibus, lib. I. cap. 3. quum de capitis comâ nutriendâ, & ejus generis aliis, interdictum præcessisset, cum ratione adjunctâ, ὅτι ταῦτα πάντα ἐπιρρισμοῦ πονηρίας ἐστὶν ἀρχαί, *quoniam hæc omnia meretriciæ consuetudinis sunt indicia*: de pilis barbæ non radendis præceptum postea subjicitur. Χρὴ δὲ οὐδὲ γυναῖκα διαφθείρειν, ἢ τὴν μορφὴν τοῦ ἀνθρώπου θεοῦ φύσιν ἐξαλλάσσειν. *Neque verò licet barbæ pilos corrumpere, neque hominis figuram prater naturam mutare.* & de incessu, in capitis sequentis initio. Οὐκ ἔστιν ὡς πετόμενον καὶ ἐμπεσόντων καὶ ἁλώμενον ἐν ταῖς ῥύμαις, ἀκαιρεσκοπῆς καὶ κακῶς ζώντων. *Ne sis quasi volitans & discurrens & vagans per plateas, intempestivus spectator eorum qui turpiter vivunt.*

Quod hîc ab *Epiphanio* Διατάξεων, & alibi singulariter Διατάξεως nomine citatur, ab authore (non minùs antiquo) imperfecti in Matthæum operis, ut antea diximus, *Canonum* insignitum est titulo. Ita enim, in 53. homiliâ ille loquitur. *Quomodo autem quidam sacerdotes ex hominibus ordinantur, manifestè in libro octavo Canonum Apostolorum dicitur: Qui autem ex hominibus ordinatus est, quantum ad Deum non est diaconus aut sacerdos.* Cui simile, sed non prorsùs idem, in nostrarum quoque Constitutionum libro VIII. cap. 2. legitur. Οὔτε ἐπίσκοπος ἀγνοίᾳ ἢ κακονοίᾳ πεπεισμένος ἐπίσκοπός ἐστιν, ἀλλὰ ψευδώνυμος, ὁ παρὰ θεοῦ, ἀλλὰ δὲ ἀνθρώπων προβληθείς. *Neque Episcopus ignorantiâ aut malo animo oppletus Episcopus est, sed falso gaudet nomine; non à Deo, sed ab hominibus promotus:* nullâ omninò *Diaconi* mentione factâ. Ut enim in *Ignatio* nostro, ita etiam in Pseudapostolicis istis Constitutionibus, varia & dempta & addita & immutata fuisse, ex collatione testimoniorum ab *Epiphanio* inde productorum, satis (ni fallor) planè & plenè declaratum in hoc capite & demonstratum est.

CAP. X.

CAP. X.

Conſtitutionum Apoſtolicarum (quæ dicuntur) & Epiſtolarum Ignatianarum corruptelas ab eâdem manu profectas eſſe, ex harum cognatione eodémque dicendi charactere declaratur: ac primùm in hyperbolicâ poteſtatis Epiſcopalis amplificatione, & cum dignitate Regiâ comparatione.

EX eâdem verò officinâ, & Ignatianarum Epiſtolarum & Pſeudo clementinarum Conſtitutionum corruptelas prodiiſſe, argumentum præbet utrarúmque cognatio & ſimilitudo, ἐ μόνον κ͞τ τὸν νῦν, ἀλλὰ κὰ κ͞τ πὸ λέξεις: ut loquitur, in Procœmio Græco Conſtitutionibus præfixo, *Franciſcus Turrianus*. qui etiam in Latino ſuo Procœmio ampliùs addit: in iis quæ habemus *Ignatii, ita eſſe Apoſtolicarum Conſtitutionum non ſolùm impreſſa veſtigia, ſed fermè eiſdem verbis expreſſa; ut nullius propè ingenii vel certè tardiſſimi habendus ſit, qui ſi has Conſtitutiones & illius Epiſtolas, mediocri diligentiâ & obſervatione, legat & inter ſe conferat, non continuò judicet B. Ignatium illas legiſſe, & probâſſe, & uſum eis eſſe.* quomodo & ante eum *Carolus Bovius* (in Præfatione eiſdem Conſtitutionibus Latinè à ſe converſis præmiſſâ) non minùs confidenter pronunciaverat, *Ignatium Inſtitutiones Clementis ita eſſe imitatum; ut non ſolùm earum dogmata atque præcepta expreſſerit, ſed etiam ex iis ſæpè ſententias totidem verbis exſcriptas tranſtulerit, eaſdem figuras, idem dicendi genus ſervaverit, eaſdem rationes in ſuis ſententiis confirmandis atque in alienis confutandis attulerit.*

Nam quod hoc argumento iſti contendunt, genuinas eſſe Conſtitutiones haſce, & omni νοθείᾳ ſuſpicione liberandas: fruſtrà eum ab eis ſuſceptum fuiſſe laborem, præter *Baronii* [a] *honeſtum* (ita enim appellat) *de Apocryphi exceptione confugium*, & [b] de nonnullis, ſi non ex *Hæreticorum* ſaltem ex *Græcorum* fontibus in eas derivatis apertam confeſſionem, teſtes habemus ejuſdem è quâ *Turrianus* fuit Societatis viros; qui hoc ipſum partim innuunt, partim planè loquuntur. Ut enim [c] *Ant. Poſſevinus* agnoſcit, *Turrianum* ſuum *non omninò apud omnes*

[a] Baron. an. 321. § 18, 19.
[b] Id. ann. 102. §. 9.
[c] Poſſevin. Apparat. in *Clem. Rom.*

omnes effeciſſe aut evicisſe, Conſtitutiones illas eſſe Apoſtolicas, & legitimas, & à Clemente ipſo perſcriptas: ita contrarium, ſolidis argumentis ex ipſo Conſtitutionum corpore petitis, [d] *Rob. Bellarminus*, [e] *Dionyſius Petavius*, & *Petrus Halloixius* demonſtrârunt. quorum poſtremus, eas [f] *haberi in apocryphis*, & [g] *poſt Ignatii tempora conſcriptas eſſe, minimè verò, ut nonnulli credunt, à Clemente Pontifice*, defendit: [h] *credibile* etiam eſſe addens, *illas non ab uno homine, nec uno tempore, ſed à diverſis hominibus, & variis temporibus fuiſſe conflatas.* quæ etiam *Gabrielis Albaſpini* de eis ſententia eſt [i]: *additas videlicèt decurſu temporum primis novas; quemadmodum & novæ leges ac conſtitutiones in regimine Eccleſiæ, novis occaſionibus enatis, factæ ſunt.*

[d] Bellarm. lib. de Scriptorib. Eccleſiaſtic.
[e] Petav. de doctrinâ Tempor. lib. 2 cap. 57. (pag 206.) & Annotat. in Epiphan. pag. 295. 349. 356. 360.
[f] P. Halloix. Notat. ad Vitam Polycarpi, cap. 6.
[g] Id. Notat. in Vit. Ignatii, cap. 2.
[h] Id. in Apologiâ pro ſcriptis Ignatii, cap. 3.
[i] Albaſpin. Obſervat. lib. 1. cap. 13.

Quibus poſitis, illud certum efficitur, ex commentitiis iſtis Conſtitutionibus nihil depromere potuiſſe genuinum *Ignatium*: licèt Conſtitutionum conſarcinator ex *Ignatio* excerpere aliquid potuiſſet; quemadmodum nonnulla mutuatum eum fuiſſe videmus ex aliis. Nam *Barnabæ* Catholicam epiſtolam ſecutum eum fuiſſe deprehendimus, in iis quæ de duabus viis, vitæ & mortis, tradidit; illâ filiorum mortis deſcriptione (in 19°. libri VII°. capite) etiam ad verbum inde exſcriptâ. ὁ κολλῶν τοῦ ἀγαθῷ, οὐδὲ κρίσει δικαίᾳ· ἀγρυπνῶν οὐκ εἰς τὸ ἀγαθὸν, ἀλλ' εἰς πονηρόν. ὧν μακρὰν πραΰτης καὶ ὑπομονή. μάταια ἀγαπῶντες, διώκοντες ἀνταπόδομα, οὐκ ἐλεοῦντες πτωχὸν, ὁ πονοῦντες ὑπὲρ καταπονουμένου, ὁ γινώσκοντες τὸν ποιήσαντα αὐτούς. φονεῖς τέκνων, φθορεῖς πλάσματος θεοῦ, ἀποστρεφόμενοι ἐνδεόμενον, καταπονοῦντες θλιβόμενον, πλουσίων παράκλητοι, πενήτων ἄδικοι, παντελμάρτητοι. *Non adhæreſcunt bono, neque juſto judicio; invigilant non virtuti, ſed vitio: à quibus procul abeſt manſuetudo & patientia. Inania diligunt, conſectantur retributionem, non commoventur miſericordiâ pauperis: non dolent vicem afflicti; non cognoſcunt ſuum conditorem. interfectores filiorum, interemptores plaſmatis Dei, repellentes indigentem, affligentes oppreſſum, divitum advocati, pauperum contemptores, undique peccatis obruti.* qui eodem ipſo penicillo in *Barnabâ* habentur depicti: ὁ κολλώμενος ἀγαθῷ, ὁ κρίνει δικαίᾳ χήρᾳ καὶ ὀρφανῷ προσέχοντες, ἀγρυπνοῦντες οὐκ εἰς φόβον θεοῦ, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ πονηροῦ· ὧν μακρὰν καὶ πόρρω πραΰτης καὶ ὑπομονή· ἀγαπῶντες μάταια, διώκοντες ἀνταπόδομα, οὐκ ἐλεοῦντες πτωχὸν, ὁ πονοῦντες ὑπὲρ τοῦ καταπονουμένου, συλ-

ρεῖς

ερῶν ἐν καταλαλιᾷ, ἢ χαιρόντων τὸν πεπόντα αὐτὸν, φονεῖς τέκνων, ὀλεθρίοις πλάσμασι Θεοῦ, ὑποτρεφόμενοι τὸν ἐσθίοντον, καταπεσοῦντες τὸν θλασθέντον, πλουσίων ἀδίκητε, πενήτων ἄνομοι κριταὶ, παντοκράτορα.

Sic & titulum τῦ θυσιαστηρίε Θεῦ (*altaris Dei*) quem [k] *viduis* attribuit, ex *Polycarpi* epiſtolâ ad *Philippenſes* accepiſſe videtur: & quæ pro Reſurrectionis confirmatione, in libri V. cap. 6. ex *Sibylla* carminibus & *Phœnicis* παλιγγενεσία adverſus Græcos protulit, à *Clementis* ad *Corinthios* epiſtolis deſumpſiſſe. *Sibyllina* enim illa in *Clementis* ad *Corinthios* epiſtolâ extitiſſe, ex [l] Quæſtionibus ad Orthodoxos, *Juſtino Martyri* tributis, intelligimus: quæ ad ſecundam ejuſdem nomine eiſdem inſcriptam epiſtolam (quum in priore nuſquam compareant) referenda eſſe non dubitamus; quam notham fuiſſe & Veteres agnoverunt, & ea ipſa *Sibyllinorum* horum carminum (quæ *Clementis* temporibus poſteriora fuerunt) citatio ſatis confirmat.

[k] Conſtitut. Apoſtol. lib. 3. cap. 6.

[l] Reſponſ. ad quæſt. 74.

Et licèt prior quoque epiſtola quorundam, ob hoc ipſum, reprehenſionem effugere non potuerit, [m] ὅτι ὡς παναληθεύσατο τῷ χρόνῳ τὸν φοίνικα τὸ ὄρνεον ἀποδείκνυσι κέχρηται, *quòd Phœnicem avem unicam pro veriſſima adhibet argumento*, (ut in *Photii* Bibliothecâ legimus:) eo tamen Conſtitutionum conſarcinator non contentus, etiam novarum ineptiarum acceſſione rem, aliàs dubiam ſatis atque controverſam, onerandam fuiſſe putavit. Cùm enim de *Phœnice* in epiſtola dixerit *Clemens*: [n] τοῦτο μονογενὲς ὑπάρχον ζῷον ἔτη πεντακόσια, γηράσαν τε ἤδη πρὸς ὄλυσιν ἀποδυσάμενον αὐτὸ, σηκὸν ἑαυτῷ ποιεῖ ἐν λιβάνῳ, καὶ σμύρνης, καὶ τῶν λοιπῶν ἀρωμάτων, εἰς ὃν πληρωθέντος τοῦ χρόνου εἰσέρχεται καὶ τελευτᾷ. *Avis hæc ſui generis ſola & ſingularis exiſtens, annos quingentos vivit: & cùm morti vicinam ſe ſentit, è thure, myrrhâ & reliquis aromatibus loculum ſibi ſtruit; quem completo annorum ſpatio ingreditur, & moritur.* atque ex eâ, in XVIII. Catecheſi, *Cyrillus Hieroſolymitanus* ſimiliter: σηκὸν ἑαυτῷ ποιήσας ἐν λιβάνῳ καὶ σμύρνης, καὶ λοιπῶν ἀρωμάτων, ἐν τῇ συμπληρώσει τῶν ἐτῶν εἰς τοῦτον εἰσιὼν, τελευτᾷ. Conſtitutionum harum ſive author ſive interpolator, ex aliis nugatoribus, plenam & omnibus ſuis numeris abſolutam fabulam ita nobis exhibuit. [o] Οἱ καὶ ἱστοροῦσι χίλια πεντακόσια ἔτη ἀπάρχεσθαι εἰς Αἴγυπτον ὅπου τὸν λεγόμενον ἡλίου βωμὸν, φέροντα πλῆθος κινναμώμου, καὶ ἀκακίας τὸ καὶ ξυλοβαλσάμου· καὶ ταῦτα ὡς ἀναπλάσῃ, ὡς αὐτὸ

[m] Phot. Bibliothec. num. 126.

[n] Clem. epiſt. ad Corinth. pag. 35. edit. D. *Patricii Iunii.*

[o] Conſtitut. Apoſt. lib. 5. c. 7.

φασὶ, τῷ ἡλίῳ συγκυζόμενον, αὐτομάτως φλεχθῆναι ὑπ' γυνόδου κόνιν. *Qui etiam narrant, eam quingenteſimo quoque anno in Ægyptum ad aram Solis, quam vocant, cum multo cinnamomo & caſiâ ac xylobalſamo volare; & ſtantem ad Orientem, ut ajunt, Solem precari, & ſponte incendi atque in cinerem redigi.*

Ex quâ collatione vides *Cyrillum*, quum *Clementem* authorem laudat, epiſtolam ipſius ad *Corinthios* habuiſſe hîc in animo, non autem iſtas *Pſeudo-diataxes*; uti, præter Bovium & Turrianum in ſuis ad eas Proœmiis, etiam *Pamelius* eſt opinatus in annotationibus ad *Tertulliani* lib. de Reſurrectione carnis, cap. 13. quo in loco ipſum *Tertullianum* quoque ex iiſdem Conſtitutionibus *hanc de Phœnice narrationem mutuatum*, eáſque *non ſolùm ſententiâ ſed verbis imitatum* fuiſſe, pro ſolitâ ſuâ audaciâ, *Turrianus* pronunciat: hâc tantùm aſſertionis ſuæ ratione redditâ. *Quod Clemens ait, prebere Phœnicem πλυσίαν ὑπόδειξιν reſurrectionis, Tertullianus dixit copioſam probationem reſurrectionis (πλύσιον enim divitem ſive copioſum ſignificat:) & quam Clemens vocat μονογενῆ ὄρνεον, id eſt, unigenam volucrem, Tertullianus appellat volucrem ſingularem.* Atqui μονογενὴς appellatio illa in *Clementis* invenitur epiſtolâ, indéque non in *Cyrilli* ſolùm Catecheſes, ſed etiam in ipſius *Pſeudo-Clementis* Diataxes eſt traducta: & *copioſi* vocabulum (de quo hîc argutatur Jeſuita) in *Tertulliano* non reperitur; hâc tantùm hîc uſo Præfatiunculâ. *Accipe pleniſſimum atque firmiſſimum hujus ſpei ſpecimen.* Priùs autem ille oſtenderat, *diem mori in noctem, & tenebris uſquequaque ſepeliri*; deinde *eandem & integram & totam univerſo orbi reviviſcere*: terrámque *exhibere eadem quæ abſumpta ſint ſemina, nec priùs exhibere quàm abſumpta.* Quæ ipſa argumenta cùm ad Reſurrectionem confirmandam in epiſtolâ ad *Corinthios*, ante hoc de Phœnice ὑπόδειγμα productum, uſurpaverit etiam *Clemens*: hunc potiùs, quàm ſuppoſititium illum alterum, ſequutum hîc fuiſſe *Tertullianum*, nemo prudens eſt qui [p] *Patricio Junio* noſtro (qui hanc *Clementis* epiſtolam, tot ſeculis deliteſcentem, primus nobis reſtituit) non facilè concedendum putaverit.

p Not. in epiſt. Clement. pag. 34.

Sed ut ad viam (à quâ paululùm deflexi) iterùm redeam: ſi, ut ex aliis, ita etiam ex *Ignatio*, in Conſtitutiones Apoſtolorum titulum præferentes aliquid traductum fuiſſe videatur; non

aliud

aliud poſſim dicere id fuiſſe, quàm quod de *Epiſcopi* & *Presbyterorum* dignitate toties ab eo inculcatum legitur. Ita quod de *Epiſcopo*, in Conſtitutionibus illis habetur, lib. 2. cap. 27. Ὑμεῖς ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου μηδὲν ποιεῖτε, *Vos ſine Epiſcopo nihil agite*; reſpondet *Ignatianis* illis, in epiſtolâ ad *Smyrnaos*. Μηδεὶς χωρὶς ἐπισκόπου τι πρασσέτω τῶν ἀναγκαίων τῇ ἐκκλησίᾳ. *Sine Epiſcopo nemo quicquam faciat eorum quæ ad Eccleſiam ſpectant.* & ad *Trallianos*. Ἀναγκαῖον οὖν ἐστὶν, ὅσα ἂν ποιῆτε, ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου μηδὲν πράσσειν ὑμᾶς. *Neceſſe itaque eſt, quicquid facitis, ut ſine Epiſcopo nihil agatis.* Et quod de *Presbyteris* in eiſdem Conſtitutionibus, eîſ traditum; Apoſtolorum Domini & τύπον eos gerere (lib. 2. cap. 26.) & τόπον tenere (ibid. cap. 28.) illa *Ignatii* exprimunt, in epiſtolâ ad *Trallianos* & *Smyrnaos*, de colendis *Presbyteris, ut Apoſtolis*: quippe quos, in epiſt. ad *Magneſianos*, τόπον συνεδρίου τῶν Ἀποστόλων obtinere confirmat, eâque ratione (ut in dictâ ad *Trallianos* epiſtolâ idem loquitur) ὡς συνέδριον Θεοῦ καὶ σύνδεσμον Ἀποστόλων, *ut conſeſſum Dei & cœtum Apoſtolorum*, eſſe honorandos. de quo videndus *Vedelius*, Exercitat. 3. in *Ignatii* epiſt. ad *Philadelph.* cap. 14.

Ὁ ἐπίσκοπος τετιμήσθω ὑφ' ὑμῶν, ὡς θεοῦ ἀξία τετιμημένος. *Epiſcopus vobis præſideat, ut dignitate Dei ornatus*: inquit ſcriptor Conſtitutionum, lib. I. cap. 26. hâc etiam, in 30. capite, præcepti hujus ex Exod. VII. 1. ratione redditâ. Εἰ ἐφάνη Μωσῆς τοῦ Κυρίου θεὸς, καὶ ὑμῖν ὁ ἐπίσκοπος εἰς θεὸν τετιμήσθω. *Si Moyſes à Domino appellatus eſt Deus, à vobis quoque Epiſcopus Dei loco in honore habeatur.* Simile verò præceptum occurrit, & apud genuinum *Ignatium*, in epiſtolâ ad *Magneſianos*: Ἐν ὁμονοίᾳ Θεοῦ σπουδάζετε πάντα πράσσειν, προκαθημένου τοῦ ἐπισκόπου εἰς τόπον Θεοῦ. *In Dei concordiâ ſtudete omnia agere; Epiſcopo Dei loco præſidente.* & apud interpolatum, in epiſtolâ ad *Trallianos*. Αἰδεῖσθε δὲ καὶ τὸν ἐπίσκοπον ὑμῶν, ὡς Χριστὸν, κατὰ ὃ ὑμῖν οἱ μακάριοι διετάξαντο Ἀπόστολοι. *Reveremini autem Epiſcopum veſtrum ſicut Chriſtum; quemadmodum beati vobis præceperunt Apoſtoli.*

Quærit [q] vir doctus, cui erant ſuſpectæ, nec ſine cauſâ, (ut vulgò quidem circumferuntur) hæ Epiſtolæ; *ubinam hoc Apoſtoli præceperunt?* Quam quæſtionem anteoccupans *Franc. Turrianus*, [r] Ignatium hîc *Conſtitutiones Apoſtolorum nominatim citaviſſe* aſſerit: locúmque haberi in II°. Conſtitutionum

[q] Walo. Meſſalin. de Epiſcop. & Presbyter. Diſſertat. cap. 4. pag. 253.

[r] Turrian. Prolegom. in Conſtitut. Apoſtolor.

num quas ipse edidit libro, capite 34°. ubi Episcopum ut Dominum honorare jubemur. Et ad ejusmodi quidem libri hujus dicta, quæ Episcopum ut *Deum* in honore habendum esse præcipiunt, Ignatii depravatorem hîc respexisse, facilè possumus concedere. Nam interpolatum esse locum, vetus noster Interpres satis indicat; dum ita eum reddidit. *Hoc autem erit* [a] *vobis non inflatis, & existentibus inseparabilibus à Deo Jesu Christo, & Episcopo, & ordinibus Apostolorum.* ac si in Græco legisset: ὅτε δυνασθε ὑμεῖς ἐσεσθαι μὴ φυσιωμένοις, καὶ ἀχωρίστοις ἀπὸ Θεοῦ, Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ Ἐπισκόπου, καὶ τάξεων (vel διατάξεων) τῶν Ἀποστόλων. De veneratione verò Episcopi sicut *Christi*, juxta Apostolorum præscriptum, altum apud eum est silentium: ut & de hyperbolicâ quoque illâ, quæ paulo pòst sequitur, potestatis Episcopalis exaggeratione; quam sibi tantopere displicuisse, vir ille eruditissimus non immeritò est conquestus. Τί γὰρ ἄλλο ἐστὶν ἐπίσκοπος, ἀλλ' ἢ πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας ὑπέρκειται πάντων κρατῶν, ὡς εἴ τις ἄνθρωπος κρατεῖν, μιμητὴς γενόμενος τῆς δυνάμεως Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ; *Quid enim aliud est Episcopus, quàm is qui omnem principatum & potestatem supra omnes obtinet, quoad homini obtinere licet; pro viribus imitator Christi Dei facta?* quæ *Ignatii* ætatem nullo modo sapere, animadvertit [b] *Vedelius*, sed *Pseudo-Clementis* potiùs; qui in libro II. Constitut. cap. 26. consimili verborum pompâ, Episcopi ἀξίωμα Christianis hunc in modum commendavit. Οὗτος ἄρχων καὶ ἡγούμενος ὑμῶν, οὗτος ὑμῶν βασιλεὺς καὶ δυνάστης, οὗτος ὑμῶν ὀπίσω θεὸς μετὰ θεόν. *Hic Princeps est & dux vester, hic vester Rex & dynasta, hic post Deum terrenus vester Deus.* αἰτὶ Θεοῦ ἀξίᾳ τετιμημένος, ᾧ κρατεῖ τῷ κλήρῳ, καὶ τῷ λαῷ πάντες ἄρχει. utpote *Dei dignitate ornatus, quâ clerum sub potestate suâ tenet, & toti populo imperat.* & in capite 34°. τὰ αὐτὰ ἄλλοις huic fundamento superstruens:

Ὡς Σαμουὴλ διετάξατο πρὸς τὸν λαὸν περὶ τοῦ βασιλέως, ἐν τῇ ἐρήμῳ τῶν Βασιλειῶν, καὶ Μωσῆς περὶ τῶν ἱερέων ἐν τῷ Λευιτικῷ, ὅπου καὶ ἡμεῖς ὑμῖν περὶ τῶν ἐπισκόπων διατασσόμεθα. Εἰ γὰρ ἐπὶ πλήθους πολιτικοῦ βασιλέως ἀναλόγως πρὸς ὑπηρεσίας ἐδίδετο, πόσῳ μᾶλλον ἐχὶ καὶ νῦν ὁ ἐπίσκοπος λαμβάνειν ὀφείλει παρ' ὑμῶν τὰ ὂν τοῦ Θεοῦ αὐτῷ ἀφορισμένα πρὸς διατροφὴν ὑμῶν τε καὶ τῶν σὺν αὐτῷ κληρικῶν; Εἰ δὲ δεῖ καὶ τὸ προφητικὸν τῷ λόγῳ, πλεῖον ὅπως λαμβανέτω ἢ ἐκεῖνος τὸ παλαιόν· ὁ μὲν γὰρ στρατιωτικὸν μόνα ἐθνῶν, πόλεμον καὶ εἰρήνην ἀναδεδεγμένος πρὸς φυλακὴν σωμάτων, ὁ δὲ νῦν ὑπὲρ ψυχῶν

ἱερωσύνην,

[a] Constitut. Apostol. lib. 2. cap. 26, 30. &c.

[b] Vedel. Exercitat. 1. in Ignat. epist. ad Trall. cap. 9.

ἱερωσύνῃ, σῶμα καὶ ψυχὴν ὀφειλόμενον κινδύνῳ. Ὅσῳ τοίνυν ψυχὴ σώματος κρείττων, τοσούτῳ ἱερωσύνη βασιλείας. Ἱερωσύνη γὰρ αὐτὴ καὶ λύει τὰ πωλεῖα ἃ ἀφίησιν ἄξιος. *Ut Samuel, in primo Regum libro, de Rege alendo sanxit populo, & Moyses de Sacerdotibus in Levitico; sic nos vobis de Episcopis sancimus. Nam si illic populus tanti Regis, proportione facultatis, ea servitia præstabat: an non multo magis debet nunc Episcopus accipere à vobis quæ sunt ei à Deo constituta ad alendum eum & clericos ejus? imò si quid amplius dicendum est, plus hic accipiat quam ille olim accipiebat. Siquidem ille militaria tantùm administrabat, bello & pace ad custodiam corporis susceptis: hic verò Sacerdotium ad Dei honorem administrat, ut pericula à corpore & animâ propulset. Quanto ergo anima corpore præstantior est, tanto est sacerdotium regno excellentius. Ligat enim aut solvit supplicio vel remissione dignos.*

Veteris Ecclesiæ, de regni eminentiâ, sententiam ita expressit *Tertullianus* ad *Scapulam*. *Colimus Imperatorem ut hominem à Deo secundum, & quicquid est à Deo consecutum, & solo Deo minorem.* Contrà verò, Ignatianæ ad *Smyrnæos* epistolæ depravator, ipsius quoque *Salomonis* authoritate insuper habitâ, Episcopum colendum scîscit ut hominem à Deo secundum, post eum verò (tertio demùm loco) Regem sive Imperatorem. Τίμα φησὶν, υἱὲ τὸν Θεὸν καὶ βασιλέα· ἐγὼ δὲ φημὶ, Τίμα μὲν τὸν Θεὸν, ὡς αἴτιον τῶν ὅλων καὶ κύριον. ἐπίσκοπον δὲ, ὡς ἀρχιερέα, Θεοῦ εἰκόνα φορεῦντα· χριστὸν μὲν τὸ ἄρχειν, Θεοῦ, χριστὸν δὲ τὸ ἱερατεύειν, Χριστοῦ καὶ οὗτος, τιμᾶν χρὴ καὶ βασιλέα. *Honora, inquit, fili, Deum & regem. Ego verò dico: Honora Deum ut omnium auctorem & Dominum, Episcopum autem ut principem sacerdotum, imaginem Dei referentem; Dei quidem propter principatum, Christi verò propter sacerdotium. Et post hunc honorare oportet etiam Regem.* Indéque, à *minori* ducto argumento, dignitatis Episcopalis violatores ita urget. Εἰ γὰρ ὁ βασιλεῦσιν ἐπαναστὰς κολάσεως ἄξιος ἀνήκεστος γενήσεται· πῶς ἀκεῖται χρὴ ὃν ἀξιωθήσεται ποινῆς, ὁ ἄνευ ἐπισκόπου τι πρᾶξαι τολμήσας; ἱερωσύνη γάρ ἐστι, τὸ τιμίων ἁγιάζων ἐν ἀνθρώποις ἀναβαθμός. *Si enim quis contra Regem insurgens damnatione dignus est: quomodo ille evadere ultionem poterit, qui præter Episcopum aliquid egerit? Sacerdotium enim summa est omnium bonorum quæ in hominibus constant.* (ut vertit vetus editus

Interpres : cæteris, quæ in vulgatis Græcis leguntur, prætermissis.) Ubi eandem διαπλῆξιν interpolatoris manum quis non agnoscat, in libri VI. capite 2°. eundem in modum differentis? Εἰ γὰρ ὁ βασιλεῦσιν ἐπηρεάζων καλόσους ἄξιος, κἂν υἱὸς ᾖ, κἂν φίλος πόσῳ μᾶλλον ὁ ἱερεῦσιν ἀπειθῶν; ὅσῳ γὰρ ἱερωσύνη βασιλείας ἀμείνων, ὅσῳ ψυχῆς ἔχεσθαι τὸν ἀγῶνα, τοσούτῳ καὶ βαρυτέρων ἔχει πρὸς τιμωρίαν ὁ ταύτῃ πολεμῶν * αὐτομαχεῖν, ὑπὲρ ὧν βασιλεύει. *Etenim si is qui contra Reges insurgit, supplicio dignus est, licèt filius, licèt amicus sit: quanto magis erit qui adversus sacerdotes seditionem facit? Quanto enim sacerdotio regnum præstat, utpote pro animâ certans; tanto graviores pœnas debet, qui huic audet adversari, quàm qui regno.*

* ut αὐτοφθαλμεῖν, Act. 27. 15

Subjicit deinde, eodem in loco, Pseudo-Clemens iste. Οὔτε γὰρ Ἀβεσαλὼμ καὶ Ἀβεδδαδὰν ἐμειναν ἀπήμονες, εἰπὲ Κορὲ καὶ Δαθὰν, οἱ μὲν γὰρ πρὸ Δαβὶδ περὶ βασιλείας, οἱ δὲ πρὸ Μωυσεῖ περὶ πρωτείων ἐπαίσησαν ἀμιλλώμενοι. *Neque enim Absolon & Abeddadan impuniti remanserunt, neque Core & Dathan: ex quibus illi quidem adversùs David seditionem de regno moverunt, hi verò certantes adversùs Moysen, de primis partibus contenderunt.* Dixerat autem in capite præcedente, de pœnâ *Dathani* & *Abiron* & *Core*: ut & *Oziæ* regis Juda, καταπλαισαντος τῆς ἱερωσύνης (ut ille loquitur) *ausi in sacerdotium*, & leprâ percussi. quæ omnia exempla similiter ab interpolatore epistolæ ad *Magnesianos* hunc in modum sunt conjuncta. Οὔτε γὰρ τῷ νόμῳ Δαθὰν καὶ Ἀβειρὼν ἀντίπιπτον ἀλλὰ Μωσεῖ, καὶ ζῶντες εἰς ᾅδου κατηχθησαν. Κορὲ δὲ καὶ οἱ συμφρονήσαντες αὐτῷ κατ' Ἀαρὼν, διακόσιοι πεντήκοντα, πυρίφλεκτοι γεγόνασιν. Ἀβεσαλὼμ, παιχολοίας γενόμενος, ἐκρεμάσθη ἐν φυτῷ μέσῳ, καὶ αἰκίαν ἐβλήθη πρὸ καλοῦ βουλον καρδίας. Ἀβεδδαδὰν ἀποτόμως τῆς καρδίας ἀφαιρεῖται, δι' ὁμοίαν αἰτίαν. Ὀζίας λεπροῦται, καταπλαισας ἱερέων καὶ ἱερωσύνης. *Nec enim legi contradixerunt Dathan & Abiron, sed Moysi; & vivi in infernum præcipitati sunt. Core autem & qui cum illo conspirârunt contra Aaron ducenti quinquaginta numero, exusti igne sunt. Absolon, cùm parricida evasisset, pendulus ex arbore factus fuit; & per cor, prava illa consilia machinatus, lanceâ trajectus est. Abeddadan similiter capite truncatus est ob similem causam. Ozias leprâ percutitur, ausus quid tentare contra sacerdotes & sacerdotium.*

Ubi præter illam phrasim, καταπλαισας τῆς ἱερωσύνης, utrobique

que usurpatam; præcipuè nomen *Abeddadan* est observandum: quod lapsu (ut omninò videtur) μνημονικῷ à Clementinarum Constitutionum interpolatore positum est pro *Sebà*; cujus illa seditiosa vox ab eo repetita est, ex 2. Sam. 20. 21. *Non est mihi pars in David, neque hæreditas in filio Jesse.* qui idem lapsus, satis insolens, cùm in Ignatianis centonibus quoque reperiatur: magno id argumento profectò est, scriptum utrumque ex eodem fonte profluxisse.

CAP. XI.

Clementinarum Constitutionum & Epistolarum Ignatianarum interpolatoris loca alia complura, ejusdem scriptoris genium planè spirantia, inter se conferuntur.

ILlum primitivæ Ecclesiæ ab Apostolis morem acceptum ut, Judaico Sabbato posthabito, dies celebraretur Dominica; hisce, vel similibus verbis, in epistolâ ad *Magnesianos* genuinus expresserat *Ignatius*. μηκέτι σαββατίζοντες, ἀλλὰ κατὰ κυριακὴν ζῶντες, ἐν ᾗ καὶ ἡ ζωὴ ἡμῶν ἀνέτειλε. Ita enim locum illum habemus à nostro redditum Interprete. *Non amplius sabbatizantes, sed secundùm Dominicam viventes; in quâ & vita nostra orta est.* nam in Græco quo is usus est exemplari, ex voce [κυριακὴν] ζοντες tres priores syllabas scriptoris incuriâ, excidisse facilè crediderim, atque ex duabus reliquis illud ζῶντες eum efformâsse. Hoc verò quum *Ignatii* interpolator Orientalium suorum consuetudini officere existimaret, qui non solùm Dominicam sed etiam Sabbati diem (non quidem ut Sabbatum Judaicum, sed ut Christiani sabbati παρασκευὴν) tùm[a] exclusione jejunii (quæ festivi diei non parvum præ se ferebat indicium) tùm sacris Synaxibus publicisque Scripturæ lectionibus & explicationibus, honorabant; Ignatianæ huic purpuræ centones istos suos assuendos esse censuit.

[a] Vid. infrà, cap. 13.

Μηκέτι σαββατίζωμεν Ἰουδαϊκῶς, καὶ ἀργίαν χαίροντες (ὁ μὴ ἐργαζόμενος οὐδὲ μὴ ἐσθιέτω· ἐν ἱσπωτὶ γὰρ τῷ προσώπῳ σου φάγῃ τὸν ἄρτον σου, φασὶ τὰ λόγια) ἀλλ' ἕκαστος ὑμῶν σαββατιζέτω πνευματικῶς, μελέτῃ νόμου χαίρων,

ρων, ὁ σύμπας ⊙ ἀνθρ. δημιουργίαν Θεοῦ θαυμάζων, ἢ ἔσθια ἐδίαν ἢ χλεαρὰ πίνων, καὶ μυστηριώδη βαδίζων, ἢ ἀρχήσει καὶ κρότοις νῦν ἢ ἔχυσι χαίρων. Καὶ μὴ τὸ σαββατίσαι, ἑορτάζετω πᾶς φιλόχριστος τὴν Κυριακὴν, τὴν ἀναστάσιον, τὴν βασιλίδα, τὴν ὑπατον πασῶν τῶν ἡμερῶν· ἣν ἀεὶμέναν ὁ προφήτης ἔλεγεν, Εἰς τὸ τέλος, ὑπὲρ τῆς ὀγδόης. ἐν ᾗ καὶ ζωὴ ἐδόθη ἀνάστασις. *Non amplius ſabbatizemus Judaico more, otio gaudentes (Qui enim non laborat, non comedat. In ſudore enim vultûs tui veſceris pane tuo: habent oracula) ſed unuſquiſque noſtrûm ſabbatizet ſpiritualiter, meditatione legis gaudens, non corporis remiſſione: opificium Dei admirans; non pridiana comedens, & tepida bibens, & ad præſcripta ſpatia obambulans, & ſaltationibus plauſibúſque inſanis gaudens. Et poſtquàm Sabbatum obſervaverit, omnis Chriſti amator Dominicum celebret diem, reſurrectioni conſecratum, Dominica, reginam & principem omnium dierum: quam expectans Propheta dicebat;* [b] *In finem, pro octavâ. In quâ & vita noſtra exorta eſt.*

[b] Pſalm. 11. (a), 12.) inſcript.

In quo de utriuſque diei obſervatione præcepto, *Sabbati* quidem in fabricationis Mundi, *Dominica* verò in Reſurrectionis Chriſti memoriam; Pſeudo-Clementinarum Conſtitutionum impreſſa illa (ab ipſo *Bellarmino* improbata) veſtigia quis non agnoſcat? Lib. VII. cap. 24. Τὸ σάββατον ἢ τὴν κυριακὴν ἑορτάζετε, ὅτι τὸ μὲν δημιουργίας ἔστιν ὑπόμνημα, ἡ δὲ ἀναστάσεως. *Sabbatum & Dominicum feſtos dies agitote; quòd ille quidem dies recordatio ſit fabricationis mundi, hic verò reſurrectionis.* Lib. VIII. cap. 33. Ἐργαζέσθωσαν οἱ δοῦλοι πέντε ἡμέρας· σάββατον δὲ ἢ κυριακὴν σχολάζοντες ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ διὰ τὴν διδασκαλίαν τῆς εὐσεβείας· τὸ μὲν γὰρ σάββατον εἴπομεν δημιουργίας λόγον ἔχειν, τὴν δὲ κυριακὴν ἀναστάσεως. *Operentur ſervi quinque dies: ſabbato autem & Dominico die vacent in Eccleſiâ propter doctrinam religionis. Diximus enim habere quidem Sabbatum rationem creationis mundi, Dominicum verò reſurrectionis.* Lib. II. cap. 36. Σαββατίζε διὰ τὸν παυσάμενον μὲν τοῦ ποιεῖν, οὐ παυσάμενον δὲ τοῦ νοεῖν, σαββατισμὸν μελέτης νόμων, οὐ χωρῶν ἀργίαν. *Sabbatiſmum agitabis, propter illum qui creare quidem deſiit, ſed non deſiit providere: agitabis, inquam, meditatione legis, non vacatione manuum.* & lib. VII. cap. 37. Σάββατον γὰρ ὅτι κατάπαυσις δημιουργίας, τελείωσις κόσμου, νόμων ζήτησις, αὖ⊙ εἰς θεὸν εὐχάριστος ὑπὲρ ὧν ἀνθρώπους ἐδημίσατο· ὧν ἁπάντων ἡ Κυριακὴ φῶς ἔχουσα, αὐτὸν τὸν μεσίτην, τὸν νομοθέτην, τὸν ἀναστάσεως αἴτιον, τὸν

[c] Lib. 7. cap. 14. *jubent ſervari diem Sabbati & Dominica.* Bellarm. de Scriptorib. Eccleſiaſt. in *Clem. Roman.*

τὸν πανσότοκον πάσης κλίσεως, τὸν θεὸν λόγον καὶ ἄνθρωπον, τὸν ἐκ Μαρίας γεννηθέντα μόνον δίχα ἀνδρὸς, τὸν πολιτευσάμενον ὁσίως, &c. ἀποδεικνύουσα. *Sabbatum enim eſt requies à fabricatione mundi, perfectio univerſi, legum inquiſitio, ſanè grati animi pro beneficiis in homines collatis Deo adhibita. Dominicus verò dies his omnibus præſtantior, ut qui repræſentet ipſum mediatorem, providentem, legiſlatorem, auctorem reſurrectionis, primogenitum omnis creaturæ, Deum Verbum, eundémque hominem ex Mariâ natum ſolum ſine conjunctione viri, ſanctè in vitâ verſatum.*

Ubi obſervare etiam liceat, poſtrema illa, τὸν ἐκ Μαρίας γεννηθέντα μόνον δίχα ἀνδρὸς, τὸν πολιτευσάμενον ὁσίως, in eâdem quoque ad *Magneſianos* epiſtolâ ab interpolatore de Chriſto uſurpari, γενομένην ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου δίχα ὁμιλίας ἀνδρὸς, καὶ πολιτευσαμένην ὁσίως, *nato ex Mariâ virgine ſine conjunctione viri, & ſanctè in vitâ verſato.* quomodo idem etiam eundem in epiſtolâ ad *Smyrnæos* celebrat, ut [d] πολιτευσάμενον ὁσίως ἀπὸ ἁμαρτίας, *converſatum ſanctè ſine peccato*: quod (voce ὁσίως, ut minùs hîc neceſſariâ, demptâ) eodem modo legitur, in Conſtitut. lib. VI. cap. 11. & in additionibus epiſtolæ ad *Trallianos* quoque repetitum; [e] ἀπολιτεύσατο ἀπὸ ἁμαρτίας, *converſatus eſt ſine peccato.*

[d] Vid. ſupr. cap. 4. pag. 24.

[e] Vid. ibid. pag. 21.

Cur Chriſtus baptiſmum ſuſceperit, in epiſtolâ ad *Epheſios* rationem hanc aſſignaverat germanus Ignatius; & à [f] *Theodoreto* in Dialogo primo, & à Græcæ Catenæ collectore in Luc. III. 21. ex eo relatam: ἵνα τὸ θνητὸν ἡμῶν καθαρισθῇ, *ut mortalitas noſtra purgaretur.* Eâ verò ſublatâ, aliam ejus loco ſubſtituendam interpolator cenſuit; ἵνα πιστοποιήσῃ τὴν διάταξιν τὴν ἐγχωρισθεῖσαν τῇ Προφήτῃ, *ut ratam faceret ordinationem commiſſam Prophetæ*, Johanni ſcilicèt: eandem ipſam videlicèt, quam in Conſtitutionum libro VII. cap. 23. redditam invenimus; ἵνα καὶ Ἰωάννῃ ἀλήθειαν μεσμαρτυρήσῃ, *ut Johanni veritatem atteſtaretur.* Sicut illud Filii Dei elogium, in epiſtolæ ad *Philadelphenos* additionibus, δι' οὗ ὁ Πατὴρ τὰ πάντα ποιήσας καὶ τῷ ὅλῳ προνοεῖ, (*Per quem Pater univerſa fecit, omnibúſque providet*) ex illâ Gratiarum actione traductum eſſe nemo non videt, quæ in ejuſdem libri Conſtitutionum capite 26. legitur. Εὐχαριστοῦμέν σοι, πάτερ ἡμῶν, ὑπὲρ τῆς ζωῆς ἧς ἐγνωρίσας ἡμῖν διὰ Ἰησοῦ τοῦ παιδός σου. δι' οὗ καὶ πάντα ἐποίησας, καὶ τῷ ὅλῳ προνοεῖς. *Gratias agimus tibi, pa-*

[f] Vid. ibid. pag. 19.

ser noſter, pro vitâ quam nobis per Jeſum filium tuum oſtendiſti: per quem univerſa feciſti, omnibúſque provides.

In iiſdem Conſtitutionibus, lib. V. cap. 13. paſſionis, ſepulturæ & reſurrectionis Dominicæ tempus ita habetur explicatum. Δήμιοι ἡ παραλαβόντες τὸν τῆς δόξης κύριον, ἕκτῃ μὲν ὥρᾳ ϛαυρώσαντες αὐτὸν, σχίτῃ ἡ ὥρᾳ τὸν πνεῦμα ἐξέλιπον τῷ ἀεὶ αὐτῶ. &c. ὃς ἡ ἀεὶ τὴν ἐνάτῃ ὥρᾳ ἀναβοήσας, —— ἀπέπνευσε· ἡ ταφῆναι μὲν ἡλίου λύσιν ἐν μνημείῳ καινῷ. ὀπτανούσης ἡ τῆς μιᾶς σαββάτων ἀναϛὰς ἐκ νεκρῶν ἐπλήρωσεν ἐκεῖνα ἃ ἡ μὲν πάλαι ἡμῖν προέλεγε φάσκων· ὃν δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου πορευθῆναι ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς τρεῖς ἡμέρας ἡ τρεῖς νύκτας. *Carnifices verò cùm prehendiſſent Dominum gloriæ, ligno crucis horâ quidem ſextâ affixerunt, horâ verò tertiâ ſententiam contra eum pronunciatam acceperunt, &c. Qui circa horam nonam, emiſſo clamore, —— expiravit; & ſepultus eſt ante occaſum ſolis in ſepulchro novo. Illuceſcente verò primâ ſabbatorum excitatus à mortuis, perduxit ad effectum quæ ante mortem ſuam nobis prædixerat, oportere filium hominis eſſe tribus diebus & tribus noctibus in corde terræ.* Cum quibus conferenda illa, in additionibus epiſtolæ ad *Trallianos*. Τῇ ἓν Παρασκευῇ, τρίτῃ ὥρᾳ, ὑπέρασεν ἐδίδατο ὑπὸ Ϝ Πιλάτου, συγχωρήσαντος Ϝ Πατρὸς· ἕκτῃ ὥρᾳ ἐσταυρώθη, ἐνάτῃ ἀπέπνευσε, πρὸ ἡλίου λύσεως ἐτάφη. τὸ σάββατον ὑπὸ τὴν γῆν μίνει ἐν τῷ μνημείῳ, ᾧ ἀπέθετο αὐτὸν Ἰωσὴφ ὁ ἀπὸ Ἀρειμαθαίας· ὀπτανούσης κυριακῆς, ἀνέϛη ἐκ τῶν νεκρῶν, κατὰ τὸ εἰρημένον ὑπ' αὐτοῦ. ὥσπερ ἦν Ἰωνᾶς ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους τρεῖς ἡμέρας ἡ τρεῖς νύκτας, οὕτως ἔσται ἡ ὁ υἱὸς Ϝ ἀνθρώπου ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς τρεῖς ἡμέρας ἡ τρεῖς νύκτας. *In Paraſceve itaque, horâ tertiâ, ſententiam accepit à Pilato, permittente id Patre. Sextâ horâ crucifixus eſt, nonâ expiravit, ante ſolis occaſum ſepultus eſt. Sabbato, ſub terrâ, in monumento remanſit, in quo poſuit eum Joſeph Arimathæus. Illuceſcente Dominico die reſurrexit ex mortuis; juxta id quod dixerat: Sicut fuit Jonas in ventre ceti tres dies & tres noctes, ita erit & filius hominis in corde terræ tres dies & tres noctes.*

Ubi, inter alia, notandum; quòd quum apud Johannem legamus, in Chriſtum prolatam fuiſſe ſententiam horâ quaſi *ſextâ* (Johan. XIX. 14.) apud Mateum verò, crucifixum fuiſſe eundem horâ *tertiâ* (Marc. XV. 25.) in quibus inter ſe reconciliandis plurimùm ſe torquent Interpretes: tùm Clementinum tùm Ignatianum interpolatorem ita pariter rem expreſſiſſe, ac

ſi

si apud Marcum legisset horam *sextam* (quomodo legendum affirmat, sed contra omnium exemplarium fidem, *Hieronymus*, vel quicunque author fuit commentariorum illorum, in Psalm. 77.) apud Johannem verò *tertiam*; quomodo legendum contendit *Theophylactus*. Ut dubitandum non sit, apud Johannem saltem, lectum ab interpolatore fuisse, ὥρα ἀσὶ πρίτη, *hora quasi tertia*: [g] καθὼς τὰ ἀκριβῆ βιβλία δείκνυσι, αὐτό τε τὸ ἰδιόχειρον τῦ Εὐαγγελιςῦ Ἰωάννυ, *sicut habent libri accuratè descripti, ipsúmque Evangelistæ Johannis autographum*, quod ad sua usque tempora in Ephesiorum ecclesiâ servatum fuisse asserit author Chronici *Constantinopolitani*, quod *Alexandrini* nomine à *Matthæo Radero* est editum. ut vetera Græca exemplaria MSS. à Joach. Camerario, Rob. Stephano & Theod. Bezâ producta prætermittam: & Nonni authoritatem, in paraphrasi suâ locum ita reddentis;

[g] Chron. Græco-Latin. à Radero edit. pag. 518, 520.

Ἦν δὲ πτανομένη τριτάτη θυσανόεσσα ὥρη.
Erátque protensa tertia lethifera hora.

De Christi ascensione, sessione ad dextram Patris, & reditu ad judicium, in libro V. Constitutionum, cap. 18. ita legimus. Ἀνῆλθε πρὸς τὸν ἀποστείλαντα αὐτὸν θεὸν καὶ πατέρα (vel, ut in ejusdem libri capite 6°. habetur, Ἀνελήφθη εἰς τὸν ἀγαθὸν πρὸς τὸν ἀποστείλαντα αὐτὸν) καθίσας ἐν δεξιᾷ τῆς δυνάμεως, καὶ ἀεκμένων ἕως ἂν τιθῶσι οἱ ἐχθροὶ αὐτῦ ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτῦ. δεῖ καὶ ἐλθόντα ἐπὶ τῇ συντελείᾳ τ' αἰῶν@, ἐν δυνάμει καὶ δόξῃ πολλῇ, κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρὸς, καὶ ἀποδῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτῦ. *Ascendit ad Deum, eundémque patrem suum à quo missus fuerat: ad cujus dextram virtutis sedet, expectans quoad inimici ejus sub pedibus ejus positi sint. Quique in consummatione seculi veniet, cum potestate & gloriâ multâ, ad judicandum vivos & mortuos, & ad reddendum unicuique secundùm opera sua.* Quomodo & eundem nobis proponit epistolæ ad *Magnesianos* interpolator, ἀνελθόντα εἰς τὸν ἀγαθὸν πρὸς τὸν ἀποστείλαντα, καὶ καθιζόντα ἐν δεξιᾷ αὐτῦ, καὶ ἐρχόμενον ἐπὶ συντελείᾳ τ' αἰώνων μετὰ δόξης πατρικῆς, κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρὸς, καὶ ἀποδῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτῦ: *ascendentem in cœlos ad eum à quo missus erat, sedentémque ad dexteram ipsius; & venturum in consummatione seculorum cum paternâ gloriâ, ad judicandum vivos & mortuos, & ad reddendum unicuique secundùm opera sua.*

De virginibus & viduis, in Conſtitut. Apoſtol. lib. III. cap. 6. ita præcipit *Pſeudo-Clemens.* Ἔπαρχέτω οὖν καὶ ἡ παρθένος καὶ ἡ χήρα μὴ ἀδιατάκτως, ἢ ῥεμβομένη κατὰ τὰς τῶν ἀλλοτρίων οἰκίας· ἔστι ῥέμβοις καὶ ἀναιδέσι, καὶ αὐτὴ τοιαύτη, οὐχ' ἡσυχάζουσα τοῦ πόδας ἐν ἑνὶ οἴκῳ. *Ergo & virgo, & vidua, ne circumcurſent aut vagentur per alienas domos, quia vagarum, & impudentium, pedes in uno non conquieſcunt loco.* Deinde, in ſequente capite, *Judithæ* exemplum viduæ proponens, inter alia monet, ut ſit μὴ λίχνος, ἀλλ' ἐγκρατὴς, σεμνεῖα, ἀτάραχος, εὐλαβὴς, αἰδήμων, καθημένη ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτῆς: *non gulæ dedita, ſed continens, lenis, tranquilla, religioſa, verecunda, ſedens domi ſuæ.* Cum quibus comparanda *Pſeud-Ignatii* iſta, in epiſtolâ ad *Philadelphenos.* Ἔξωσαν δὲ αἱ χῆραι, μὴ ῥίμβοι, μὴ λίχναι, μὴ φειδιτοχάδες, ἀλλ' ὡς Ἰουδὶθ ἡ σεμνοτάτη, ὡς ἡ Ἄννα ἡ σωφρονεστάτη. Ταῦτα οὐχ' ὡς ἀποστολος διατάσσομαι. *Sint autem viduæ non vagæ, non gulæ dedita, non circumcurſantes: ſed ut Judith illa pudiciſſima, ut Anna illa honeſtiſſima. Hæc non ut Apoſtolus conſtituo.* ad quod poſtremum, *Turrianus* annotat. *Quia ſciebat illas ipſas Apoſtolorum Conſtitutiones unde hauriebat, à Clemente Romano in perſonâ Apoſtolorum more Dialogi ſcriptas eſſe: ne quis fortè exiſtimaret, quaſi ſe faceret unum ex Apoſtolis, quos Clemens loquentes facit, commodè ſubjungit:* Hæc non ut Apoſtolus conſtituo.

h Fr. Turrian. Procem. in Conſtitut. Apoſt.

Quod verò in eâdem ad *Philadelphenos* epiſtolâ Virginibus injungitur, ut propoſitum ſequantur ſuum, οὐκ ἐπὶ διαβολῇ συναφείας, ἀλλ' ἕνεκα τῆς τοῦ νόμου μελέτης (*non in calumniam conjugii, ſed ut liberiùs divinam legem meditentur:*) idem, in Conſtitutionum lib. III. capite ultimo, faciendum præcipitur; διὰ φιλίαν εὐσεβείας, καὶ οὐχὶ διαβολὴν γάμου, *ob pietatis ſtudium, non in calumniam matrimonii.* Et quod de Pœnitentibus, in eâdem epiſtolâ, à noſtro Interprete ex vetere editione eſt exhibitum; *Quotquot utique pœnitentes veniunt in unitatem Eccleſiæ, & iſti Dei erunt, ut ſint ſecundùm Jeſum Chriſtum viventes:* in vulgatis libris Græcis ita legitur interpolatum. Παρακαλῶ ὑμᾶς ἐν Κυρίῳ, ὅσοι ἂν μετανοήσαντες ἔλθωσιν ἐπὶ τὸν ἕνωτα τῆς ἐκκλησίας, θεοὶ ἔσεσθε αὐτοὶ καὶ ζήσατε κατὰ Ἰησοῦν Χριστόν· ἵνα διὰ τῆς χρηστότητος καὶ τῆς ἀνεξικακίας ὑμῶν ἱλάσητε ἐν τῇ τοῦ διαβόλου παγίδι, ἄξιοι Ἰησοῦ Χριστοῦ γενόμενοι, σωτηρίας αἰωνίου τύχητε ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Χριστοῦ. *Obſecro vos in Domino, quotquot pœnitentiâ ducti redierint ad unitatem Eccleſiæ, ſuſci-*

pite illos cum omni manſuetudine: ut per bonitatem & patientiam veſtram reſipiſcentes ex Diaboli laqueis, digni jam Chriſto facti, ſalutem conſequantur æternam in regno Chriſti. quo magis conformia eſſent iſta præcepto illi, lib. II. Conſtitut. Apoſtol. cap. 15. Ἀσμένως τοὺ μετανοοῦντας προσδέχεσθε, χαίροντες ἐπ' αὐτοῖς, μετ' ἐλέους καὶ οἰκτιρμοῦ κρίνοντες τοὺς ἁμαρτάνοντας. *Recipite libenter pœnitentes; gaudentes de eis, judicantes cum miſericordiâ ac miſeratione delinquentes.* & Canoni 32°. Εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος τὸν ἐπιστρέφοντα ἀπὸ ἁμαρτίας οὐ προσδέχεται, ἀλλ' ἀποβάλλεται, καθαιρείσθω. *Si quis Epiſcopus aut Presbyter à peccato revertentem non recipit, ſed rejicit, deponatur.* quam quidem, de admittendis ad pœnitentiam lapſis, conſtitutionem *ante Cyprianum ſanciri potuiſſe* negat *Gabriel Albaſpinus*: (Obſervat. lib. 1. cap. 13.) *cùm alius eſſet Eccleſiæ uſus, & illâ demùm tempeſtate admittendos eſſe lapſos decretum ſit.* quâ de re ampliùs illum diſſerentem, in libri ſecundi Obſervationum capite 12°. videre licet.

Quod de *Salomonis* & *Joſiæ* ætate in libro II°. Conſtitut. cap. 1. habetur; Σολομὼν δωδεκαετὴς τοῦ Ἰσραὴλ ἐβασίλευσεν, καὶ Ἰωσίας ἐν δικαιοσύνῃ ὀκτὼ ἐπὶ ἐβασίλευσεν (*Salomon, annos natus duodecim, rex Iſrael fuit; & Joſias juſtè regnavit, cùm eſſet octo annorum*) in additionibus epiſtolæ ad *Magneſianos* ita latiùs eſt expreſſum. Σολομὼν δὲ καὶ Ἰωσίας, ὁ μὲν δωδεκαετὴς βασιλεύσας, τὸν φοβερὸν ἐκεῖνον καὶ δυσπρωλύτον ἐπὶ ταῖς γυναιξὶ κρίσιν ἔνεκα τῶν παιδίων ἐποίησατο· ὁ δὲ ὀκταετὴς ἄρξας, τοὺ βωμοὺς καὶ τὰ τεμένη κατέβαλε, καὶ τὰ ἄλση κατεπίμπρα. *Salomon & Joſias, ille quidem duodecimo ætatis anno regnum capeſſens, illud terribile & arduum judicatu, in mulierum illarum de infantibus cauſâ, judicium tulit: hic verò octo natus annos, regni gubernaculis admotus, aras & templa diſturbavit, & lucos combuſſit.* Ubi illud obſervandum, *duodecim* utrobique ætatis annos *Salomoni* tribui, quum regnare inciperet: quod non ex diſerto aliquo Scripturæ teſtimonio hauſtum eſſe apparet, ſed ex Hebræorum traditione quâdam; de quâ videri poterit Eupolemus περὶ τῆς Ἰουδαίων προφητείας, (apud *Euſebium*, lib. IX. Præparationis Evangelicæ) *B. Hieronymus*, epiſt. 132. ad Vitalem, & in Iſai. cap. 3. Seder Olam Rabbah, cap. 14. Nicolaus Lyranus, in 3. Reg. 11. & 1. Paralipom. 22. Alphonſus Toſtatus, in 3. Reg. 11. quæſt. 14. & alii.

In additionibus epiſtolæ ad *Trallianos*, exploduntur Hæretici τὸν σταυρὸν ἀρνούμενοι, καὶ τὸ πάθος ἐπαισχυνόμενοι, *crucem negantes, & paſſionem erubeſcentes*: & ad *Smyrnæos*, eodem ferè penicillo iterùm depinguntur. Τὸν σταυρὸν ἐπαισχύνονται, τὸ πάθος χλευάζουσι, τὴν ἀνάστασιν κωμῳδοῦσιν. *Crucem erubeſcunt, paſſionem ſubſannant, reſurrectionem pro fabulâ traducunt.* ſicut & in Conſtitut. Apoſtol. lib. VI. cap. 25. τὸν σταυρὸν ἐπαισχύνονται, τὸ πάθος καὶ τὸν θάνατον ἀθετοῦσι, τὴν ἀνάστασιν ἀγνοοῦσι. *Crucem erubeſcunt, paſſionem ac mortem contemnunt, reſurrectionem ignorant.* Illa quoque, poſt factam hæreticorum mentionem, in 18°. ejuſdem libri capitulo uſurpata formula, ὧν τῆς ἀπάτης ῥύσεται ὑμᾶς ὁ Θεὸς διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ (*à quorum fraude liberabit vos Deus per Jeſum Chriſtum*) in Ignatianis additionibus ſubinde occurrit. ut in jam dictâ ad *Smyrnæos* epiſtolâ: ὧν ῥύσεται ὑμᾶς ὁ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, *à quibus liberabit nos Dominus Jeſus Chriſtus.* & ad *Magneſianos*: ὧν εὑρεθῆτε ἐλέει Θεοῦ, διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, *à quibus Dei miſericordiâ liberemini, per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.* & ad *Epheſios*, de ſpiritu erroris: ἧς τῆς ἐνεργείας ῥύσεται ὑμᾶς Ἰησοῦς Χριστὸς, *à cujus operatione liberabit vos Jeſus Chriſtus.*

[a] Vid. ſupr. cap. 6 p. 33. & notat. 86. in epiſt. ad Trallian.

In ejuſdem libri VI. capite 8°. [a] Ἰουδαϊσμὸν epitheton *Nicolaitis* hæreticis attributum legitur: ut in epiſtolarum ad *Trallianos* & *Philadelphenos* additamentis. & in capite 5°. de maligno ſpiritu ita loquentes introducuntur Apoſtoli. Ὑμᾶς δὲ ἀποστάντας ἀπὸ τῆς ματαιότητος ἄλλοτε ἄλλως πειράζει, ὡς καὶ τὸν μακάριον Ἰὼβ· ἐπεὶ γὰρ τῷ μεγάλῳ ἀρχιερεῖ Ἰησοῦ τῷ τοῦ Ἰωσεδὲκ ἀντίκειτο· καὶ ἡμᾶς πολλάκις ἐξητήσατο ἐξυδατῶσαι, ὅπως ἐκλίπῃ ἡ πίστις ἡμῶν. *Vos verò, qui ab ejus vanitate defeciſtis, diverſis modis, diverſis temporibus tentat, ut beatum illum Job. ſiquidem Jeſu filio Joſedec magno Pontifici adverſabatur; & nos ſæpenumero expetivit, ut inſtar aquæ diluaremur, quò fides noſtra deficeret.* quomodo & in additionibus epiſtolæ ad *Smyrnæos*, ejuſdem facta reperitur mentio, τοῦ τῷ Ἰὼβ ἐπιχειρήσαντος, τοῦ κατηγορήσαντος Ἰησοῦ τοῦ υἱοῦ Ἰωσεδὲκ, καὶ ἐξαιτησαμένου σινιασθῆναι τὴν Ἀποστόλων πίστιν. *qui Job oppugnavit, qui Jeſum filium Joſedec accuſavit, qui poſtulavit cribrari fidem Apoſtolorum.*

Locus Eſaiæ 62. 11. à LXX. ita eſt redditus: Ἰδοὺ ὁ σωτήρ σου ἔρχεται, ἔχων τὸν ἑαυτοῦ μισθὸν, καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ μετ' αὐτοῦ ἐνώπιον αὐτοῦ. *Ecce Salvator tuus venit, habens mercedem ſuam ſecum, & opus*

ſuum

ſuum ante faciem ſuam. quum & in additionibus ejuſdem ad *Smyrnæos* epiſtolæ, & in Conſtitut. lib. II. cap. 14. pariter ſit citatus: Ἰδοὺ ἄνθρωπος, καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ ἀπ' αὐτοῦ ἐναντίον αὐτοῦ. *Ecce homo, & opus ſuum ante faciem ſuam.* Ita, ubi Jeremiæ 23.15. apud LXX. legimus; Ἀπὸ τῶν προφητῶν Ἱερουσαλὴμ ἐξῆλθε μολυσμὸς πάσῃ τῇ γῇ (*A Prophetis Hieruſalem egreſſa eſt pollutio in univerſam terram:*) in Conſtitution. lib VI. cap. 5. ita ſententiam illam enunciatam invenimus. Ἐκ τῆς κακίας τῶν αἱρετικῶν ἐξῆλθε μόλυσμα ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν, ὡς φησὶν Ἱερεμίας ὁ προφήτης. *Ex malitiâ hæreticorum egreſſa eſt pollutio in univerſam terram, ut ait Jeremias Propheta.* quomodo & epiſtolæ ad *Philadelphenos* interpolator meminit αἱρετικῶν, ἐξ ὧν μολυσμὸς ἐξῆλθεν εἰς πᾶσαν τὴν γῆν: vocabulo illo *αἱρετικῶν retento; ejuſdem formæ, cujus [k] ἐπαρχιῶται, [l] ἐρχασιῶται, [m] ταξιῶται, & ſimiles poſteriore ævo receptæ inflexiones.

* Vid. Conſtitut. Apoſtol. lib. 6. cap. 24. fin. & cap. 25. init.

[k] Vid. veteres Gloſſas verbor. Juris, à Labbæo edit. voc. Ἐπαρχιῶται.

[l] Vid. Leunclavii Notata ad Paratitla Juris, pag. 194.

[m] Vid. Juſtinian. Edict. 10. περὶ ταξιωτῶν: & Novell. 123. cum Epitome ejuſdem in Juliani Anteceſſoris Conſtitut. 115. §. 429. 433. 449. & 493. (edit. Lugdun.) an. 1567.

CAP. XII.

De Diaboli ignorantiâ, & perſonâ Filii Dei, doctrina in Pſeudo-Clementis Conſtitutionibus & Pſeud-Ignatii epiſtolâ ad Philippenſes tradita, proponitur & expenditur.

CLementinarum Conſtitutionum & ſex genuinarum Ignatii epiſtolarum interpolatoris ὁμοφωνίαν hucuſque patefecimus. Ea verò in totâ ad *Philippenſes* epiſtolâ, ejuſdem nomine confictâ, præcipuè elucet: atque in iis maximè, quæ vel *Clementis* & *Ignatii* ſapientiæ, vel ſeculi in quo vixerunt illi rationibus, minus videri poſſint eſſe conſentanea. Quod, tùm in hoc tùm in duobus ſequentibus capitulis, paulo fuſiùs, vel hanc ob cauſam, explicare placuit: ne Syllogæ illius author, quam Latinè noſter Interpres reddendam ſibi propoſuit, unicam hanc ex omnibus *Ignatio* tributis epiſtolis (utpotè ab illius genio, & illorum temporum moribus, omnium maximè alienam) expunxiſſe ſine aliquâ ratione videretur.

Ubi primùm nobis ſeſe offert longa illa & puerilis (quam epiſtolæ à Martyre inter milites vincto αὐτοσχεδιάσθεισαν inſertam fuiſſe

fuiſſe nemo prudens judicaverit) ad Diabolum facta Apoſtrophe: in quâ Conſtitutionum illarum clara nonnulla obſervare liceat veſtigia. In libro enim VIII. cap. 7. decidiſſe illum ὡς ἀσεραπὼ (ex Luc. X. 18.) Pſeudo-Clemens commemorat, ἀπὸ τιμῆς εἰς ἀτιμίαν, δι' ἐκούσιον αὐτοῦ κακόνοιαν, *ab honore in dedecus, propter voluntariam animi malevolentiam.* & libro VI. capite 6°. deſcribitur idem ὁ πονηρὸς σοφὸς ὢν τοῦ κακοποιῆσαι, τὸ δὲ καλὸν ὅ, τι ποτέ ἐστιν ἀγνοῶν. *Malus ille ſapiens exiſtens ad malefaciendum, bonum verò quid ſit ignorans.* Ἀγνοίᾳ γάρ εἰσι πεπεσμένοι δι' ἐκούσιον μοχθηρίαν. *Sunt enim ignorantiâ obruti propter malitiam voluntariam*: ut de Diabolo & dæmonibus ejus addit idem, libro VIII. capite 2°. Quibus reſpondent illa adverſùs Diabolum, in epiſtolâ ad *Philippenſes*, declamatoria. ὁ ἐκπεσὼν ἐκ τῆς ὑψηλοτάτης δόξης ὡς ἀστραπὴ. *qui lapſus eſt ex altiſſimâ gloriâ, ceu fulgur.* ἐκπλαδόμενον ἐκ κακονοίας, *oblitus ex animi malevolentiâ.* ὦ πάντων πονηρῶν πνευμάτων πονηρότερον ἐκ κακονοίας πνεῦμα, *omnium malorum ſpiritum ſceleratiſſime ſpiritus ob animi malevolentiam.* ὕπαγε ἐν οἷς ἠρεθίσθης ἐκ κακονοίας, *vade in ea ad quæ per animi malevolentiam provocatus es.* & illud denique de eodem: Σοφὸς ἐστὶ τοῦ κακοποιῆσαι, τὸ δὲ καλὸν ὅ, τι ποτέ ἐστιν ἀγνοεῖ. ἀγνοίας γὰρ πεπλήρωται δι' ἐκούσιον ἄνοιαν. *Sapiens eſt ad malefaciendum; bonum verò quid ſit ignorat. Ignorantiâ enim oppletus eſt, propter voluntariam dementiam.*

Hujus deinde ignorantiæ particulares quaſdam ἐνσάρκους ſubjicit author Epiſtolæ: quæ ipſius ſcriptoris potiùs arguunt ignorantiam. Fruſtrà enim opponit Mæſtræus; [a] *ex eo, quòd author exiſtimet omnia ferè, quæ Chriſto acciderunt, fuiſſe Dæmoni incognita, haud rectè à Sculteto colligi illum ineptire, aut falſam eſſe hanc epiſtolam: cùm certiſſimum ſit Dæmones nunquam opera Chriſti, tanquam à vero Dei filio facta, cognoviſſe.* Nam in eo quod *certiſſimum* eſſe aſſerit, falſum illum fuiſſe, ex ipſo Evangelio manifeſtum eſt. Narrat enim Marcus, Chriſtum dæmonia multa ejeciſſe, & non ſiviſſe ea loqui *quoniam ſciebant eum.* (Marc. I. 24, 34.) Quemnam verò illum eſſe ſciverint, idem clarè poſteà explicat. *Et ſpiritus immundi quum illum videbant, procidebant ei & clamabant dicentes, Tu es filius Dei.* (Marc. III. 11, 12.) & clariùs adhuc Lucas: *Exibant autem dæmonia à multis, clamantia & dicentia, Quia tu es filius Dei.*

[a] Mæſtr. in epiſt. ad Philipp. not. 13.

Et

Et increpans non ſinebat loqui, quia ſciebant ipſum eſſe Chriſtum. (Luc. IIII. 41.)

Verùm reſpondet hîc nobis *Halloixius* [b]: *ſcripta Ignatii & Scripturam Evangelii nihil prorſùs diſcordare. Loquitur enim* (inquit) *Ignatius de primis Chriſtianis, quibus damon in myſteriorum, quæ ad Chriſti extraordinariam conceptionem, nativitatem, mortem, reſurrectionem ſpectant, ignoratione verſabatur. Quæ ignoratio vel ex Scripturâ ipſâ liquet*, Matthæi 4. *ubi Satan varias init vias, Chriſti Domini, quis ſit, quis futurus ſit, quibus viribus polleat, quarum rerum ſatagat, cognoſcendi. Poſt tentationes autem & varia Chriſti miracula, quibus & virtutem ejus prapotentem, & ſuam recognovit infirmitatem, venire in perfectiorem naturæ ipſius cognitionem potuit: ita ut eum non hominem modò, ſed etiam Deum eſſe agnoſceret. Sentiebat enim, à quâ virtute corporibus pelleretur: videbat quantis pœnis, quámque naturâ ſuâ indignis ſupplicijs torqueretur. Satis etiam advertebat, non Angelico miniſterio, ſed divino in ſe imperio & totâ poteſtate agi.*

[b] P. Halloix. Apologet. pro ſcriptis Ignatii, cap. 5.

Et hoc quidem illi facilè dari poſſe non negamus; *primis Chriſti annis Damonem in myſteriorum, quæ ad Chriſti extraordinariam conceptionem, nativitatem, mortem, reſurrectionem ſpectant, ignoratione fuiſſe verſatum:* neque ſatis adhuc habuiſſe perſpectum, utrùm beatiſſima Servatoris mater viro jam deſponſata Virgo fuiſſet in partu, utrùm in partu illo *Dei* an *Joſephi* filius eſſet agnoſcendus, & utrùm Filii illius mors huic ipſi dubitabundo exitialis eſſet futura; utpote *per quam excindendus eſſet ille, qui poteſtatem mortis habuit, id eſt, ipſe Diabolus.* (Hebr. 2. 14.) Atque hâc ratione genuini *Ignatii* illud, in epiſtolâ ad *Epheſios*, non incommodè poſſe excuſari, libenter agnoſcimus. Ἔλαθε τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου ἡ παρθενία Μαρίας, καὶ ὁ τοκετὸς αὐτῆς, ὁμοίως καὶ ὁ θάνατος τοῦ Κυρίου. *Principem hujus mundi latuit Mariæ virginitas, & partus ipſius, ſimiliter & mors Domini.* quod ſimiolus illius, in epiſtolâ ad *Philippenſes*, ita eſt imitatus. Ἀγνοεῖς σὺ, τίς ὁ γεννηθείς, ὃν ἐγὼ ἐνίοτε τεκτονεύμενος. Πολλὰ γάρ σοι λανθάνει· ἡ παρθενία Μαρίας, ὁ ἁγιάζων τοκετὸς, ὅ τε ὁ ἐν τῷ σώματι, &c. *Ignoras tu, quis ſit genitus, qui omnium rerum ſcientiam tibi vendicas. Multa enim te latent: Mariæ virginitas, admirandus ille partus, quis ſit ille qui in corpore eſt;*

& cætera illa multa, quæ tribus illis à germano *Ignatio* commemoratis impoſtor iſte adjicit.

Sed, ut toto illo tempore quo in maternis ædibus Chriſtum privatum latere Pater voluit, ſub fabri filio occultatum fuiſſe Dei filium, neque invitus conceſſerim: ita ignorare hoc potuiſſe Dæmonas, ægrè induci poſſum ut credam, quando Iſraëli jam oſtendendus, & publicam muneris ſui adminiſtrationem mox initurus, luculentiſſimo illo ex ipſo cœlo præſentibus & futuris omnibus à Patre commendatus eſt teſtimonio. [e] *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Quam vocem quum magicis artibus & Dæmonum operâ non fuiſſe procuratam, ipſos Dæmones fugere non poterat: perſonato huic *Ignatio* fidem adhibere non poſſum, à quo Principi illorum ignorata fuiſſe fingitur, φωνὴ Θεοῦ ἐπὶ τῷ βαπτιζομένῳ, ὅτις ἢ πόθεν ὑπῆνεία Πνεύματος ἢ Πατρὸς ἐφάνθην, *Vox Dei ſuper baptizato audita, quid vel unde fuerit teſtificatio Spiritûs & Patris deſuper facta.*

e Matth. 3. 17.

Unde neque in tentatione proximè inſecutâ, quando recentiſſima fuit cœleſtis illius oraculi memoria, perſuaderi adhuc mihi patior (non dico ab impoſtore hoc, cui illud ipſum ob oculos obverſabatur; ſed neque ab aliis, notæ multo melioris, qui id, quum ſcripſerunt, minùs advertiſſe videantur) Satanam varias iniiſſe vias, quis eſſet Chriſtus, cognoſcendi; & verbis illis, *Si filius Dei es*, deſiderium ſuum ſciendi, utrùm reverâ filius Dei is eſſet, prodidiſſe. quum Diabolica illa hypotheſis, non tam ignorantiæ, quàm vel deſperatæ damnati ſpiritûs impudentiæ argumentum ſit habendum (quæ paulo pòſt erupit apertiſſimè in execrandâ illâ voce; *Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraveris me*) vel extremæ ſerpentis antiqui calliditatis; de quâ, in [d] tractatu *de jejunio & tentationibus Chriſti*, Arnaldus Bonavillacenſis. *Nec vult fateri, nec præſumit Diabolus diffiteri Chriſtum filium Dei: ſed dubiè diſpenſéque conſulens, tendiculas blandis innectit ſermonibus; ut obaudientem ſibi reddat obnoxium, & ſe de compaſſionis ſpecie reddat acceptum. Caro & laſſitudo, & cætera hujuſmodi hominem teſtabantur; virtutis integritas, & vita carens omni peccato, perfectius ei privilegium adſcribebant: & divinitas potentiſſima ex ipſis effectibus negari non poterat.*

d Sermon. de Cardinalib. operib. Chriſti: inter *Cypriani* ſcripta edit.

Ab

Ab ignorantiâ certè profectum hoc fuiſſe, *Tertullianum* non credidit: adverſùs *Praxeam* ita ſcribens. *Hoc & Satanas eum in tentatione agnovit: Si filius Dei es. Hoc & exindè Damonia confitentur: Scimus qui ſis Filius Dei.* & contra *Marcionem*, libro 5°. *Jeſum & ſecundùm noſtrum Evangelium Diabolus quoque in tentatione cognovit; & ſecundùm commune Inſtrumentum, ſpiritus nequam ſciebat eum Sanctum Dei eſſe, & Jeſum vocari, & in perditionem eorum veniſſe.* Cui tamen ignorantiæ, non ſolùm tentationis tempore obnoxium eum fuiſſe ſentit epiſtolæ ad Philippenſes author; ſed etiam quum ſecutæ fuiſſent σημείων διαφόρων ἐνέργειαι, ἰάσεις ποικίλαι, ὀπτασιῶν λεπτομερὴς προσλάλησις δαιμόνια ἐλαύνοντα καὶ ἀνέμους, *diverſorum ſignorum efficacia, curationes variæ, increpatio dominica imperans mari & ventis*; viderétque inſuper, πνεύματα πονηρὰ φυγαδευόμενα, ἑαυτὸν τρεβλούμενον, ἐκ τῆς τῶ φαινομένου δεσμώτου αἰκιζόμενον, ὃν ἔχοντα δ, πποίησε, *malignos ſpiritus fugatos, ſeipſum tortum & poteſtate ejus qui apparebat flagellatum, neſcientem quò ſe verteret.* Quod, ut rationi minùs conſentaneum, quum ipſe *Halloixius* non admittat: anguſtiorem eſſe illam à ſe allatam temporum diſtinctionem fateatur neceſſe eſt, quàm ut tam latæ authoris hujus ignorantiæ obvelandæ poſſit ſufficere.

Neque *ſex* illæ diſtinctiones magis ſatisfaciunt, quas ad Dæmonum ignorantiam ſtatuminandam in aciem produxit hîc noſter [e] *Vedelius.*

[e] Vedel. not. Critic. in epiſt. ad Philippenſ.

I. Ignatium dicere, eos ὐκ ὄντως, *non verè, hoc eſt, dubitanter nôſſe.* Τὸ γὰρ, Εἰ υἱὸς εἶ, ἀγνοίας δεῖν. εἰ γὰρ ὄντως ἐγίνωσκες, *&c.* Atqui res ipſa docet, verba illa, *Si Filius Dei es*, à commentitio hoc *Ignatio* proferri, non ut dubitationis, (quam ipſam quoque, poſt publicum è cœlo Patris de Filio editum teſtimonium, locum in eo habere potuiſſe non admittimus) ſed ut ſimplicis ignorantiæ argumentum. Ἐπιέφερες ὡς κοινὸν ἄνθρωπον, ἀγνοῶν ὅτις εἶη. ἔλεγες γὰρ, Εἰ υἱὸς εἶ τῶ Θεῶ, εἰπὲ ἵνα οἱ λίθοι ὦσι ἄρτοι γένωνται. τὸ γὰρ, Εἰ υἱὸς εἶ, ἀγνοίας δεῖν. *Tentabas ut communem hominem, neſciens quis eſſet. dicebas enim*: Si filius Dei es, dic ut lapides hi panes fiant. *Illud enim*, Si filius Dei es, *ignorantiæ argumentum eſt.* Tum ſubjicit; Εἰ γὰρ ὄντως ἐγίνωσκες, *Si enim id revera cognoviſſes*: quod paulo poſt, ſine τῶ ὄντως, repetit; Εἰ γὰρ ἐγίνωσκες ὅτι υἱὸς Θεοῦ ἦν, *Si enim cognoviſſes quòd filius Dei erat.* ut

non cognoſcere ὅτως, idem eſſe oſtenderet quod, non omninò cognoſcere.

II. *Eos non nôſſe à priori. Nam (ut Auguſtinus ait, lib. 9°. de Civit. Dei, cap. 22°.) Dæmones non æternas rerum cauſas & quaſi cardinales in Dei ſapientiâ contemplantur; ſed quorundam ſignorum nobis occultorum majore experientiâ multo plura quàm homines futura proſpiciunt.* Quæ quidem ut vera eſſe concedimus, ita ad hunc locum omninò pertinere negamus: in quo non de futurorum, ſed de præſentium & præteritorum cognitione agitur; quæ neque in æternis cauſis, neque in præſentibus effectis aut ſignis, Diabolo perſpecta fuiſſe, author hic agnoſcit.

III. Eos *myſteria rerum ignorare*: ita teſtante *Ambroſio*, in 1. Corinth. cap. 2. *Scierunt quidem ipſum eſſe enm, qui in Lege promiſſus erat; myſterium tamen ejus, quo filius Dei eſt, neſciebant.* Atqui nequaquàm hoc ille voluit; ſciviſſe quidem Dæmonas filium eum fuiſſe Dei, ſed hujus rei myſterium neſciviſſe: verùm hoc illi dicere fuit propoſitum; ſciviſſe quidem illos, ipſum fuiſſe Chriſtum qui in Lege promiſſus fuerat, ſed altius illud myſterium, nempè quòd Filius Dei eſſet, omninò ignorâſſe. Hoc enim χρησφυγέτω eludere conatur Ambroſiaſter ille *Marci* de dæmonibus teſtimonium, quòd *ſciebant eum*: quod, aliis ex eodem Evangeliſtâ productis locis, ſatis ſuperiùs refutatum vidimus.

IIII. & V. Non rectè eos nôſſe: *quia ſibi non proponunt verum finem ſcientiæ, quæ eſt charitas*; &, *quia iſta ſcientia felicitatem illis non acquirit, quæ alioquin à ſcientiâ verâ exhibetur.* At ſi ea Pſeud-Ignatio fuiſſet mens, vel mentalis potiùs (ut Æquivocatores appellant) reſervatio: non erat quòd diceret ille Diabolo, Πολλά σὲ λανθάνει, *Multa te latent*; ſed, Παντά σὲ λανθάνει, *Omnia te latent*. Neque enim in re omninò ullâ cum ſcientiâ conjunctam habent charitatem immundi illi ſpiritus: neque quicquam illi nôrunt, quo æternâ felicitate perfruantur. Ut in has diſtinctiones quadret illud, quod de ejus generis argumentationibus dicere ſolemus: *Quæ nimium probant, nihil probant.*

VI. *Ideò dicere etiam Ignatium talia ignorari à Diabolo, quia ignorantur ab hæreticis, in quibus Diabolus habitat. Hunc enim*

enim eſſe ſcopum Ignatii, convincere errores hæreticorum, quos ipſis Diabolus ſuggerit: indéque errores ipſorum ipſi Diabolo eum imputare. Sed præterquàm quòd nimis coacta ſit iſta expoſitio, ut quæ novit Diabolus, ea ipſe dicatur non noviſſe, quia alia ab his diverſa contra ſcientiam & conſcientiam ſuam hæreticorum animis inſtillet: ex iis quæ de Diabolo Chriſtum tentante hic author diſſerit, manifeſtè refellitur. Dominum enim tentâſſe eum ſcribit, ut communem hominem, neſcientem quis eſſet: & ut ignorantiæ argumentum urget dictum illud; *Si filius Dei es.* & in reliquâ tentatione eundem, διὰ ἀγνοίαν τοιαῦτα θρασυνόμενον, *per ignorantiam talia audentem* inducit: quæ ipſum Diabolum propriè ſpectare, Chriſtum tentantem, non hæreticos hîc ſeducentem, nemo non videt. Ita enim hæreticorum errores convincere authori fuit propoſitum; ut ignorantiæ ſimul coargueret tùm diſcipulos tùm ipſum magiſtrum.

Quanquam & à principali ſcopo ſic eum aberrâſſe nonnulli hîc judicaverint: ut aliorum hæreſes confutando, ipſum ſe ab eâdem labe vix (aut ne vix quidem) immunem præſtiterit. Benigno enim certè egent iſta vel interprete vel correctore. Τί θρασύνομαι λέγεις τὸν νομοθέτην, τὸν ἀνθρωπείαν ψυχὴν ἔχοντα; Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ τέλειος ἄνθρωπος, οὐκ ἐν ἀνθρώπῳ κατοικήσας. Quæ in vulgatâ Latinâ verſione ita ſunt reddita. *Quid ſine lege dicis legiſlatorem, qui non humanam animam* (ita enim libri Manuſcripti legunt, non ut editi, *naturam*) *habuit? Verbum caro factum eſt, Verbum homo, ſed non in homine.* Ubi, ad hæreſeos labem hinc eluendam, negativum in affirmativum bis commutatum liceat animadvertere. In priore enim membro (ne *Apollinaris* hæreſis invehi exiſtimaretur, quæ Chriſtum animam rationalem, ut cæteros homines, non habuiſſe aſſerebat) à vulgatis Græcis negationem illam abeſſe cernimus: licèt in ſuis eam codicibus Vetus invenerit Interpres; quem ~~ut nos quidem eodem cum ipſo epiſtolæ authore ſæculo vixiſſe ſentimus,~~ ita longè antiquioribus, quàm ex quibus noſter Græcus textus eſt expreſſus, uſum fuiſſe exemplaribus, concedent omnes. In poſteriore verò, quamvis Græci codices & Latini negationis particulam pariter retineant: quòd tamen expreſſo Evangelii oraculo adverſari videretur, Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν (*Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis*; Johan. 1. 14.)

affirmativè ſententiam hunc in modum exprimendam ſibi putavit *Hieronymus Vairlenius*, interpres recentior; *Verbum caro factum eſt, & perfectus homo, quod in homine habitavit.* aut illud οὐκ expungendo, aut loco κατοικήσας legendo interrogativè κατῴκησεν; hoc ſenſu (ut ipſe in Scholiis explicat) *Verbum caro factum eſt, & perfectus homo nonne habitavit in nobis?* à quo neque multùm noſter diſcedit *Vedelius*, qui, οὐκ in ὡς commutans, legendum mavult; ὡς ἐν ἀνθρώπῳ κατοικήσας, *utpote quod in homine habitavit.*

Πῶς ϗ πάλιν οὐκ ὅτι σοι δοκεῖ ὁ Χριστὸς εἶναι ὁ ἐκ τῆς παρθένου, ἀλλ' ὁ ὑπὲρ πάντων Θεὸς, ὁ ὢν ὁ παντοκράτωρ; Τίς ἔν τούτῳ ὑποφείλεται, εἰπεῖν· τίς ὁ τοῦτο κινεῖν; addit idem, in eâdem ad Diabolum apoſtrophe. *Quomodo rurſùm non tibi videtur eſſe Chriſtus ex Virgine; ſed ille qui eſt ſuper omnia Deus, quique eſt omnipotens? Quis igitur, cedò, hunc miſit? Quis hujus Dominus eſt?* Et quidem inter hæreſes de perſonâ Chriſti *à miniſtris Satanæ* diſſeminatas, in epiſtolâ ad *Tarſenſes* recenſetur illa; ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ ὑπὲρ πάντων Θεὸς, *quòd ipſe eſt ſuper omnia Deus*: eíque opponitur hæc antitheſis; ὅτι οὐκ αὐτός ἐστιν ὁ ὑπὲρ πάντων Θεὸς ϗ πατὴρ, ἀλλ' ὑὸς ἐκείνου, *quòd ipſe non eſt ſuper omnia Deus & pater, ſed filius ipſius.* Eorundémque hæreticorum ſententiam ſimiliter explicat Conſtitutionum Apoſtolicarum conſarcinator, libro VI. cap. 25. Ἕτεροι δὲ ἐξ αὐτῶν, αὐτὸν εἶναι τὸν Ἰησοῦν τὸν ὑπὲρ πάντων Θεὸν ὑπονοοῦσιν· αὐτὸν ἑαυτῷ πατέρα δοξάζοντες, αὐτὸν ὑὸν ϗ παράκλητον ὑποπτεύοντες. *Alii ex illis, ipſum ſuſpicantur Jeſum Deum eſſe ſuper omnia: eundem ſui ipſius patrem exiſtimantes, eundémque filium ac paracletum eſſe cogitantes.* ſuam verò ipſius, in libri III capite 17°. aperit: ubi, cùm mentionem feciſſet *Patris* ὡς αὐτὸν καὶ ἀποστόλως, ut *cauſæ* Filii & *emiſſoris* Spiritûs Sancti; hanc deinde trium perſonarum diſtinctionem ſubjicit. Πατὴρ ὁ ὑπὲρ πάντων Θεὸς· Χριστὸς ὁ μονογενὴς Θεὸς, ὁ ἀγαπητὸς υἱὸς, ὁ τῆς δόξης κύριος. Πνεῦμα ἅγιον ὁ παράκλητος, τὸ λεγόμενον Χριστοῦ πεμπόμενον. *Pater Deus eſt ſuper omnia. Chriſtus unigenitus Deus, idémque dilectus filius, & gloriæ Dominus. Spiritus ſanctus paracletus eſt, à Chriſto miſſus.*

Utcunque verò hæreticorum illorum error, qui individuæ Trinitatis perſonas impiè confundebant (ἕνα τριώνυμον, ut author hujus ad *Philippenſes* epiſtolæ loquitur, *unum trinominem*,

nem, & τρεῖς σεσαρκωσμένους, *tres incarnatos*, comminiſcentes) rectè hîc exploditur: tamen periculoſè interim, nec ſine hæreticæ pravitatis ſuſpicione, Pater à Filio per ejuſmodi attributum, quod Scriptura utrique docet eſſe commune, diſtinguitur. Ita quidem loqui amabat *Simon Magus*, primogenitus Diaboli, [e] fuiſſe ſe *ſuper omnia Deum & Patrem*; ita blaſphema ipſius ſoboles, [f] fabricatum eſſe mundum, *prater ſententiam ejus qui ſuper omnia Pater eſt*: ita *Cerinthus*, non modò [g] *factum eſſe mundum à virtute quâdam valdè ſeparatâ & diſtante ab eâ principalitate quæ eſt ſuper univerſa, & ignorante eum qui eſt ſuper omnia Deum*; ſed etiam in Jeſum *poſt baptiſmum deſcendiſſe Chriſtum*, (hoc eſt, Spiritum ſanctum) *ab eâ principalitate quæ eſt ſuper omnia, figurâ columbæ*: titulum τῦ ἐπὶ πάντων Θεῦ, ut ſoli Patri proprium, uſurpantes. cùm à divino *Paulo*, uti εἷς θεὸς καὶ πατὴρ πάντων, ὁ ἐπὶ πάντων, *unus Deus & Pater omnium, qui eſt ſuper omnes*; (Epheſ. 4. 6.) ita etiam Chriſtus, ὢν ἐπὶ πάντων θεὸς, *exiſtens ſuper omnia Deus*, non minùs quàm Pater, prædicetur. (Rom. 9. 5.)

[e] Irenæus, lib. 1. cap. 20. & lib. 2. cap. 9.
[f] Id. l. 2. cap. 13.
[g] Id. lib. 1. cap. 25. & Epiphan. hæreſ. 28.

Claudit poſtremò hujus ad *Philippenſes* epiſtolæ ſcriptor longam ſuam declamationem Proſopopœiâ iſtâ, quâ Chriſtum Diabolo, ad δαιμονολατρείαν ipſum ſollicitanti, ita reſpondentem inducit. Οἶδα τὸν ἕνα, ἐπίσταμαι τὸν μόνον, ὃς σὺ ἀποστάτης γέγονας. οὐκ εἰμὶ ἀντίθεος, ὁμολογῶ τὴν ὑπεροχὴν, ἐπίσταμαι τὸν τῆς ἐμῆς γεννήσεως αἴτιον, τὸν Πατέρα. *Novi unum, ſcio ſolum, cujus tu deſertor factus es. Non ſum Deo adverſus, confiteor eminentiam, cognoſco generationis meæ auctorem Patrem.* ad quæ verba, Hieronymus Vairlenius iſta adnotat. *Hæc niſi ſanè & ſobriè intelligantur, poſſent videri duriùs & contumelioſiùs dicta in Filium Dei, quòd Patrem ſe majorem & excellentiorem fateatur: cùm credamus in ſanctiſſimâ Trinitate omnia paria; & juxta Athanaſii axioma, in eâ nihil eſſe majus aut minus, nihil prius aut poſterius, ſed tres perſonas coæternas ſibi eſſe & coæquales.* Ipſe verò, ex Græcorum Theologorum ſententiâ, nodum hunc conatur ſolvere: *etiam juxta divinitatem Patrem eſſe majorem Filio, non quidem naturâ aut tempore, ſed ſolâ ratione principii; & hactenus modò excellentiorem eſſe Filio, quòd fons ſit & origo omnis divinitatis.*

Addit poſt eum Scholiaſtes alter, *Martialis Maſtraus*; non magis

magis pro Arrianis, verba hæc facere, quàm iſta Johan. 17. *Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant te ſolum verum Deum.* quibus jampridem [h] *Nazianzenus* docuerit, *non excludi à divinitate Filium & Spiritum ſanctum, ſed tantùm falſorum Deorum multitudinem.* Neque certè quis rectè ſapiens aliter verba illa Johan. XVII. 3. acceperit, quàm ſi dictum fuiſſet: *Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant te eſſe ſolum verum Deum; & Jeſum Chriſtum quem miſiſti*, ſolum itidèm eſſe verum illum Deum. Qui enim *verus* Deus eſt, ut *ſolus* Deus agnoſcatur neceſſe eſt: quum in primo *ente* illud *unum* & *verum* primarium habere locum Metaphyſici; & in divinæ eſſentiæ attributis, particulam illam *ſolum*, perſonarum nullam in unâ & indiviſâ illâ naturâ ſubſiſtentium, ſed creaturas tantùm, & idola, & quicquid ab infinitâ illâ eſſentiâ eſt diverſum excludere, nos doceant Theologi. In iſto verò, de quo jam agimus, *Pſeud-Ignatii* loco, quòd neque τῆς ὑπεροχῆς ſeu *eminentiæ* ſeorſim, neque etiam μοναδικῆς ſive *ſolitarii* per ſe facta ſit mentio, ſed utrumque ſimul ita ſit commemoratum, ac ſi alterius conſequens eſſet & alterum; ut Pater, reſpectu eminentiæ ſupra Filium, non operum (ut loquuntur) ad extra, *ſolus* Deus dicatur, atque ὁ ἐπὶ πάντων Θεὸς, ſuper *omnia* & ſuper *omnes* Deus: id verò eſt, quod admitti utrò poſſe non parùm veremur.

[h] Greg. Nazianzen. orat. 4. de Theolog.

CAP. XIII.

De jejunio dicatis temporibus, eodémque diebus Sabbati prohibito, in hâc ad Philippenſes epiſtolâ & Canonibus ac Conſtitutionibus, Apoſtolorum nomen præferentibus, tradita præcepta comparantur inter ſe, & examinantur.

IN eâdem ad *Philippenſes* epiſtolâ, de feſtis & jejuniis hæc leguntur præcepta. Τὰς ἑορτὰς μὴ ἀπομάζετε. Τῷ παιδαγωγῷ ὑμῶν ἐξυπηρετῆτε· μᾶλλον γὰρ σεμνόν τῆς † Κυρίε πολιτείας. Καὶ (al. Μετὰ) τῶν τῆς πάσης ἑβδομάδα μὴ παρρᾶτε, τετράδα καὶ παρασκευὴν νηστεύοντες, πίνοντι ἐπιχρηστοῦντες τῷ φυσικῷ. Εἴ τις κυριακὴν ἢ σάββατον νηστεύει (πλὴν ἑνὸς σαββάτου τοῦ Πάσχα) ὅτι Χριστιανὸς ὢ. quæ à

yetere

vetere Latino interprete ita sunt reddita. *Dies festos nolite dehonorare. Quadragesimam verò nolite pro nihilo habere: imitationem enim continet Domini conversationis. Hebdomadam etiam passionis nolite despicere. Quartâ feriâ & sextâ jejunate: pauperibus reliquias porrigentes. Quicunque Dominicam aut Sabbatum jejunaverit (prater unum Sabbatum Paschæ) ipse est Christi interfector.*

His verò respondent illa, in libro V. Constitut. Apost capite 12°. Τὰς ἡμέρας τῆς ἑορτῆς φυλάσσετε, &c. μὴ ἀς ὑμῖν φυλακθῆναι ἡ νηστεία τῆς πεντηκοστῆς, ὑπόλυσιν ποιήσαντα τῆς τοῦ Κυρίου πολιτείας καὶ ὁμοδιαίτου. *Dies festos agitate, &c. Post quos servandum vobis est jejunium Quadragesimæ; quod vitæ Christi & legis latæ recordationem continet.* & capite ultimo: Μετὰ δὲ τὴν ἑβδομάδα τῆς νηστείας, πᾶσαν τετράδα καὶ παρασκευὴν παραινοῦμεν ὑμῖν νηστεύειν, καὶ τὴν πεντηκοστὴν ὑμῖν τῆς νηστείας πάντων ἐπιχορηγεῖν. Πᾶν μέν τοι σάββατον ἄνευ τοῦ ἑνὸς καὶ πᾶσαν κυριακὴν, ἑορτάζοντες συνόδους, εὐφραίνεσθε. * ἄνομος γὰρ ἁμαρτίας ἔσται ὁ τὴν κυριακὴν νηστεύων, ἡμέραν ἀναστάσεως ὄσαν. *Post istam verò jejunii hebdomadam* (quæ Pentecosten scilicèt proximè sequebatur) *quartis & sextis feriis omnibus præcipimus vobis jejunare, & quæ ex jejunio vobis redundant pauperibus erogare. Omni autem sabbato prater unum, & cunctis Dominicis diebus, conventus Ecclesiasticos celebrantes, lætitiâ fruimini. Reus enim peccati erit, qui Dominico die jejunaverit; cùm sit dies Resurrectionis.* De quo jejunio, † feriis quidem quartis & sextis injuncto, Sabbatis verò omnibus (unicâ Dominicæ Paschatis vigiliâ exceptâ) interdicto, videri potest earundem Constitutionum lib. V cap. 14. & lib. VII. cap. 24. cum Canone Apost. LXVI. & LXIX. quorum priorem, de vetito Sabbati jejunio, κρατεῖν καὶ ἐπὶ τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας ἀπαραλόγιστος, *in Romanorum quoque Ecclesiâ inconcussè valere* jussit *Trullani* Concilii 55ti. Canon: sed eo successu quem, in scholiis ad eundem, *Johannes Zonaras* indicat. Διόρθωσαι τὸ σφάλμα τοῦτο τῆς Λατίνων, ἡ σύνοδος ἐπιχείρησεν, ἀλλ' ἀδιόρθωτοι καὶ αὖθις οἱ ἀλαζόνες ἔμειναν τε καὶ μένουσι. *Latinorum hoc erratum Synodus corrigere conata est: verùm in suâ pertinaciâ hactenùs permanserunt arrogantes, hodiéque permanent.*

* Vid. supr. Dissertat. hujus cap. 9. pag. 60.

† Vid. ejusd. Dissertat. cap. 8. & Gabr. Albaspin. Observat. lib. 1. cap. 13.

Ad horum scriptorum consonantiam quod attinet, quærit hîc à nobis Bellarminus: [a] *Cur fieri non potuerit, ut Ignatius Clementem imitaretur, & verba illius sua etiam verba faceret?* Quæ

[a] Bellarm. de bonis operibus in particulari, lib. 2. cap. 16.

quæstio Turrianum aut similem aliquem Pseudo-Clementis patronum fortasse decuisset: à Bellarmino verò, cui apocryphi illius scriptoris errores fuerant perspecti, & in libro de scriptoribus Ecclesiasticis detecti, moveri omninò non debuit. Et certè quæ de jejuniis traditæ hîc habentur sanctiones, commentitium esse utrumque, & Clementem & Ignatium, satis arguunt. Nam,

I. *Quibus diebus non oporteat jejunare, & quibus oporteat; præcepto Domini* vel *Apostolorum non invenio definitum*: dicebat olim *Augustinus*, in epistolâ 86ª. ad *Casulanum*. & *Socrates*, libro V. κεφ. κβ'. Ἐπειδὴ οὐδὲν περὶ τούτου ἔγγραφον ἔχει δίξαι παράγγελμα, ἄλλον ὡς καὶ περὶ τούτου τῷ ἰκάστου γνώμῃ καὶ προαιρέσει ἐπιτρέψαι οἱ Ἀπόστολοι· ἵνα ἕκαστος, μὴ φόβῳ τινὶ ἢ ἐξ ἀνάγκης, τὸ ἀγαθὸν κατιρράζοιτο. *Quoniam nemo de eo præceptum literarum monumentis proditum potest ostendere: perspicuum est, Apostolos liberam potestatem in eodem cujusque menti & arbitrio permisisse; ut quisque, nec metu nec necessitate inductus, quod bonum sit, ageret.* Quæ illi certè ita non scripsissent, si Apostolicas ejusmodi constitutiones ab ipsis Apostolorum discipulis *Clemente* & *Ignatio* literis fuisse traditas cognovissent. præsertim cùm in quinto illo Constitutionum libro, non solùm Apostoli aliis hâc de re præcepta dent (ut in capite ultimo jam citato: Πᾶσιν παραδίδωμι καὶ παραγγέλλω προστάσσομεν ὑμῖν νηστεύειν) sed ipsi etiam de eâdem à Christo Domino accepisse mandatum, capite 14°. ita profiteantur. Παρήγγειλεν ἡμῖν αὐτὸς νηστεύειν τὰς ἓξ ἡμέρας ταύτας, *Præcepit nobis jejunare his sex diebus.* Τετράδα δὲ καὶ παρασκευὴν προσέταξεν ἡμῖν νηστεύειν. *Quartâ verò feriâ & sextâ jussit nobis jejunare.*

II. Jejuniorum leges primus (post *Clementis* & *Ignatii* tempora) instituisse *Montanus* dicitur: de quo *Apollonius*, ejusdem temporis scriptor. [b] Ἀλλὰ τίς ἐστιν οὗτος ὁ προφήτης διδάσκαλος, τὰ ἔργα αὐτοῦ καὶ ἡ διδασκαλία δείκνυσιν. Οὗτός ἐστιν ὁ διδάξας λύσιν γάμων, ὁ νηστείας νομοθετήσας. *Atqui quis sit hic recens & novitius doctor, facta illius & doctrina satis declarant. Iste est qui nuptiarum divortia docet, qui jejunii leges sancit*, five (ut *Rufinus* expressit) *qui jejuniorum leges primus* imposuit. Unde & *Tertullianus*, in capite 2°. libri de Jejuniis, Catholicos (quos ille Psychicos appellat) novo huic doctori objicientes inducit: *de cætera indifferenter jejunandum ex arbitrio, non ex imperio*

[b] Euseb. lib. 5. hist. Eccles. cap. 16.

nova disciplina, pro temporibus & causis uniuscujusque. Sic & Apostolos observâsse, nullum aliud imponentes jugum cæterorum & in commune omnibus obeundorum jejuniorum: proinde nec stationum, qua & ipsa suos quidem dies habeant, quarta feria & sexta; passivè tamen (i.e. communiter) *currant, neque sub lege præcepti, neque ultra supremam diei.* Et in Catholicâ sanè Ecclesiâ, primis illis temporibus, non una lex communis, sed variæ à variis consuetudines in jejunii ratione observatæ sunt: ut patet ex *Irenæo* [c] in epistolâ ad Victorem, *Jo. Cassiano*, Collat. 21. cap. 24. 27. 30. *Sozomeno* lib. 7. histor. cap. 19. & *Socrate* lib. 5. cap. 22. (al. 21.) qui ejusmodi irritibus varietates ab istâ repetit origine. Αἴτιον, ὡς ἡγοῦμαι, τῆς τοιαύτης διαφωνίας οἱ πρὸ αὐτῶν ἐπὶ τὰ πλεῖστον τετηρηκότες. οἱ δὲ ταῦτα παραλαβόντες, ὡς νόμον τοῖς ἐπιγινομένοις παρέχεσθαι. *Causa ejusmodi discrepantiæ fuerunt Episcopi, qui variis temporibus Ecclesiis præerant. Qui autem ista acceperunt, tanquam legem ad posteros transmiserunt.*

[c] Euseb. lib. 5. cap. 25.

III. Quadragesimale jejunium, ut imitationem conversationis Christi, commendat hic nobis, qui *Ignatii* Antiocheni Episcopi & Martyris personam induit. At longe aliter *Johannes Chrysostomus*; qui & ipse Antiochenæ Ecclesiæ fuit Presbyter, & veri *Ignatii*, si quis alius, admirator maximus. [d] Μάθετε γάρ, φησὶν, ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πραΰς εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ· οὐκ εἶπεν, ὅτι ἐνήστευσα· καίτοι εἶχεν εἰπεῖν τὰς τεσσαρακοντα ἡμέρας. ἀλλ' ὃ λέγει τοῦτο· ἀλλ' ὅτι πραΰς εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ. *Discite à me, inquit, quia mitis sum & humilis corde. Non dixit, quia jejunavi: quamvis quadraginta illos dies posset proponere. Verùm illud non dicit, sed, quia mitis sum & humilis corde.*

[d] Chrysost. in Matth. 13. homil. 46. al. 47.

IV. Sabbato constanter Romæ jejunari solitum fuisse, confirmat *Innocentius* I. in epistolâ ad Decentium, *Cassianus* lib. 3. de institutis cœnobiorum cap. 10. *Socrates* lib. 5. cap. 22. (al. 21.) *Augustinus* in epistolâ ad *Hieronymum*, & ad *Casulanum*: cujus in [e] priore illâ epistolâ, *de jejunio Sabbati* verba hæc sunt. *Quod si malum esse dixerimus, non solùm Romanam Ecclesiam, sed etiam multas ei vicinas, & aliquanto remotiores damnabimus, ubi mos idem tenetur & manet.* in [f] posteriore ista. *De die Sabbati facilior causa est: quia & Romana jejunat Ecclesia, & alia nonnullæ, etiamsi pauca, sive illi proximæ sive longinquæ.* Quæ consuetudo & hodie à Romanensibus

[e] Epist. 19. inter Augustinianas; 97. inter Hieronymianas.
[f] Augustin. epist. 86.

omnibus obſervatur: qui tamen idcircò *Chriſti interfectores* ſe eſſe nequaquàm, opinor, *Ignatio* huic (quicúnque ille demùm fuerit) ſunt conceſſuri. Quem certè in judicando admodùm inconſideratum fuiſſe oportet, quum eandem in Sabbatici jejunii obſervatores ferat ſententiam, quam alibi (ad *Heronem* ſcribens) in ipſos divinitatis Chriſti abnegatores pronunciat. Εἴτις ἄνθρωπον μόνον λέγει τὸν Κύριον, Ἰουδαίου ἔχει τὸν χριστοκτόνου. *Si quis Chriſtum dicat ſolum hominem, Judæus eſt Chriſti interfector.*

Sed de jejunio Sabbati præſtat *Dionyſium Petavium* audire diſſerentem. "Nulla eſt (inquit ille, in *Epiphanianis* Animad-"verſionib. pag. 359.) ab Apoſtolis edita ſanctio, quâ jejuni-"um eo die prohiberetur; ut *Auguſtinus* aſſerit Epiſt. 118. "ubi in rebus hujuſmodi negat quicquam eſſe *vel Scripturæ* "*ſanctæ authoritate, vel univerſalis Eccleſiæ traditione deter*-"*minatum*: ſed ejus, in quâ verſeris, Eccleſiæ conſuetudini "obtemperandum eſſe. Quâ quidem præſcriptione tanquam "ſpurius & alienus Canon ille rejicitur, qui inter Apoſtoli-"cos 68. (vel 66. potiùs) numeratur: Εἴ τις Κληρικὸς εὑρεθῇ τῷ "Κυριακῷ ἡμέραν, ἢ τὸ Σάββατον (πλὴν τοῦ ἑνὸς μόνου) νηστεύων· εἰ "δὲ Λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω. *Clericus qui Dominico die, vel Sabbato* "*(uno duntaxat excepto) jejunare deprehenſus ſit, deponatur:* "*Laicus excommunicetur.* Non poteſt hoc ab Apoſtolis com-"muni eſſe decreto conſtitutum. At ſi Apoſtolicus iſte Canon "eſt, hæc verba, ἢ τὸ Σάββατον, πλὴν τοῦ ἑνὸς μόνου, ab otioſis Græ-"culis intexta ſunt. Nec melioris notæ ſunt, quæ in Apoſtol. "Conſtitut. leguntur, libro VII. cap. 24. ubi τὸ Σάββατον καὶ τὴν "Κυριακὴν ἑορτάζειν præcipit. Quod ab Apoſtolis toti Eccleſiæ "nunquam eſſe præſcriptum, ſanctiſſimorum Patrum conſenſus "approbavit. Alia eſt *Ignatii* ratio; qui ad *Philippenſes* ſcri-"bens, non univerſali Eccleſiæ jura conſtituens, Epiſt. 4. (5. "voluit) iſta pronunciat. Εἴ τις Κυριακὸν, ἢ Σάββατον νηστεύει πλὴν "ἑνὸς Σαββάτου, ἔστω χριστόκτονος. Hæc *Petavius*: cætera quidem non malè, id autem minùs veriſimiliter, quòd diſparem rationem eſſe dicit *Ignatii* & Apoſtolici illius Canonis; licèt in utroque idem ipſum jejunium, & pari (vel etiam, in *Ignatio*, majore) vehementiâ interdictum reperiatur.

Atqui ad *Philippenſes* ſcribebat quoque idem commentitius *Ignatius*,

Ignatius, quum præcepta quæ proximè præceſſerant conſignavit: an ob eam rationem ad jura Eccleſiæ univerſalia minùs illa ſpectare dicendum eſſet? Εἴ τις ἀγνεύει ἢ ἐγκρατεύεται, μὴ ἐπαιρέσθω, ἵνα μὴ ἀπολέσῃ τὸν μισθόν. *Si quis caſtè, ſi quis continenter vivit, non extollatur; ne perdat mercedem.* Quid in hoc magis univerſaliter dictum eſt, quàm in illo? Εἴ τις κυριακὴν ἢ σάββατον νηστεύει, ἕτερ χριστιανόν ἐστι. *Si quis Dominicam diem aut Sabbatum jejunaverit, hic Chriſti interfector eſt.* niſi fortaſſe quis gravius eſſe exiſtimet, mercedem amittere, quàm cadis Chriſti reum peragi. Aut quid deeſt aliud Ignatiano huic Canoni, quo minùs univerſalis haberi debeat, quàm ille alter Apoſtolorum nomine venditatus? Εἴ τις κληρικὸς εὑρεθῇ τῇ κυριακῇ ἢ τῷ σαββάτῳ νηστεύων, &c. *Si quis Clericus deprehendatur die Dominico jejunans, aut Sabbato, deponatur: ſi verò Laicus, à communione ſegregetur.*

Contendunt ex [g] *Euſebio* [h] Pontificii, id inprimis *Ignatio* fuiſſe propoſitum, ut in Epiſtolis ſuis Apoſtolicas Traditiones Eccleſiis teſtatas relinqueret: inter quas ex Epiſtolâ ad *Philippenſes* & iſtas recenſent; Feſtivitates eſſe celebrandas, & Quadrageſimæ jejunium obſervandum. Ecquam verò notam Apoſtolicæ Traditionis præceptis hiſce appoſuit *Ignatius* iſte, quam ſequenti de interdicto Sabbati jejunio ſubduxerit? aut quodnam apud eum extat indicium, aut indicii veſtigium, ex quo apparere poſſit, præcepta illa priora ad univerſalis Eccleſiæ jura pertinere, hanc prohibitionem minimè? In epiſtolâ ad *Philippenſes* continentur pariter iſta omnia, & conjunguntur ſimul, & eodem traduntur modo: hoc tantùm ſervato diſcrimine, quòd de Feſtorum & Quadrageſimæ obſervatione agens author, ipſos *Philippenſes* compellet (Τὰς ἑορτὰς μὴ ἀπραίζετε. Τὴν τεσσαρακοστὴν μὴ ἐξουθενεῖτε. *Feſtivitates ne dehoneſtetis: Quadrageſimam ne ſpernatis*) in Sabbati verò jejunio vetando, de omnibus generatim atque univerſè loquatur. (Εἴ τις κυριακὴν ἢ σάββατον νηστεύει, *Si quis Dominicam diem aut Sabbatum jejunaverit, hic Chriſti interfector eſt.*) quod utrùm argumentum præbeat, poſterius hoc magis ad *Philippenſes*, priora autem illa ad univerſalis Eccleſiæ jura pertinere; æquo rerum æſtimatori judicandum relinquo.

[i] *Baronius* affirmat, *Simonis Magi* infelicem propaginem, *Menandrum*,

[g] Euſeb. lib. 3. hiſt. cap. 36. de quo vide Vedelii Apolog. pro Ignatio, cap. 2.

[h] Bellarm. de Verbo Dei, lib. 4. cap. 7. & ejus defenſor Gretſerus. Baronius, an. 53. §. 14. & an. 109. §. 20. 21. Mæſtræus, Præfat. ad notas in Ignatium, pag. 15. 20. 21.

[i] Baron. ad an. 57. §. 202.

Menandrum, Saturninum, Baſilidem, Cerinthum atque *Carpocratem, in eam ſententiam æquè omnes conſpirâſſe; ut Deum, quem dicebant auctorem mundi, traderent eſſe malum, & in eo juſdem Dei contumeliam ſabbato jejunarent.* Addit, *vixiſſe hos omnes Ignatii temporibus; qui ſuis ſcriptis eoſdem eſt inſectatus, Fideléſque ut ab his caverent, & ne, ſicut hi, ſabbato jejunarent, admonuit.* Concludítque, hinc *manifeſtam certámque reddi cauſam, cur Orthodoxi Orientales, penes quos ea invaleſcebat hæreſis, à ſabbati jejunio temperarent, & cur illud Ignatius tantopere execraretur.* Quâ ratione tamen nihil eſt obſcurius, nihil incertius. Nam *Marcionem* quidem Ponticum (quem poſt *Clementis* & *Ignatii* tempora emerſiſſe nemo ignorat) Sabbaticum jejunium hanc ob cauſam ſuis obſervandum tradidiſſe, ex

[k] Epiphan. hæreſ. 42.

[k] *Epiphanio* didicimus; ne Judæorum Dei ritibus, qui ſeptimo die à mundi fabricatione requievit, uti viderentur: verùm antiquiores illos hæreticos ipſam ſuam doctrinam ejuſmodi ritus additione ſectatoribus ſuis commendâſſe, neque ab *Epiphanio*, neque ab *Irenæo*, neque à Veterum quoquam alio uſpiàm habetur proditum; ſed nuperorum Romanenſium merum eſt inſomnium.

[l] Gabr. Albaſpin. Obſervat. lib. 1. cap. 13.

[l] *Albaſpinus* igitur, *Baronii* iſtâ ratione improbatâ, quòd *ea ſecundo tantùm ſeculo valere potuit*: ut *ipſorum etiam Apoſtolorum temporibus Sabbatha uti feſta*, abſque jejunio, *colerentur, exiſtimat eam veram ac germanam fuiſſe cauſam; quòd cùm primùm inter fratres ac Judæos diſſeminari Evangelium capiſſet, nollent aut certè non auderent ceremonias ſtatim omnes Judaicas reſcindere. Eam igitur quæ Sabbathum attinebat, quæque magnos motus, ſi ſublata fuiſſet, excitatura videbatur, ne eos à Chriſtianis ſacris amplectendis avocarent, retinuerunt.* Quæ ratio, ut ad primorum Chriſtianorum prudentiam commendandam valeat; ad commentitii *Ignatii* temeritatem excuſandam certè non poteſt ſufficere: qui, ultra omnes συγκαταβάσεως limites quàm potuit longiſſimè progreſſus, Sabbatici jejunii obſervatores ut χριστοκτόνους & cædis Domini noſtri reos condemnandos eſſe cenſuit.

Itaque *Bellarminus* (nec ipſe priori illi rationi Baronianæ confidere ſatis auſus) ut ſibi & ſuis jejunium illud obſervantibus meliùs provideret, huc demùm etiam ſe recipere eſt coactus:

actus: [m] *potuiſſe fieri, ut tam in Canone Apoſtolico, quàm in epiſtolâ Ignatii ſolùm prohiberetur jejunium diei Dominica ſed poſteà à Græcis poſterioribus inſertum fuerit nomen Sabbati.* Idque ipſum interdictum, in Conſtitut. Apoſtol. lib. V. cap. ult. & lib. VII. cap. 24. *ex Græcorum fontibus effluxiſſe*, ſibi quoque perſuaderi paſſus eſt *Baronius* [n]: qui ut Canonem illum (66[um].) Apoſtolicum adulterinum eſſe convincat, inter alia hoc etiam argumentum adhibet. *Quomodo, quæſo, tot támque diſertos antiquos Patres, qui de jejunio Sabbati inſtituerunt diſputationem, Canon ille prateriit, ut à nemine citatus reperiatur?* quod in aliâ itèm cauſâ adverſùs Conſtitutionum illarum auctoritatem ſimiliter urget. [o] *Sanè quidem, ſi hæc dicta ſunt à Clemente; quomodo ea latere potuerunt tot antiquos Patres, qui de eâ re ſcripſerunt? cùm præſertim tanti auctoris præcipua fuerit auctoritas in Eccleſiâ. Certè cuilibet adjudicata cauſa fuiſſet, qui auctoritate Clementis id demonſtrare potuiſſet.* Quæ eadem ratio, adverſùm commenta hæc *Ignatio* ſuppoſita, non minùs appoſitè premitur à *Vedelio* [p]. *Si Ignatii ea eſſent, certè Veteres in materiis controverſis, qua apud ipſos vehementiſſima fuerunt, de jejuniis & de Paſchate, ad Ignatii auctoritatem confugiſſent, quatenùs ipſis expediebat. Hoc quia factum non eſt, arguit ea irreptitia dogmata in Ignatio eſſe.*

[m] Bellarmin. de bonis operibus in particulari, lib. 2. cap. 18.

[n] Baron. an. 102. num. 9. & 15.

[o] Id. an. 32. §. 18.

[p] Vedel. in Ignat. exercitat. 10. cap. 2.

CAP. XIV.

De obſervatione Paſchatis, & communione cum Judais vetitâ, in eâdem ad Philippenſes epiſtolâ & Pſeudo-Clementinis decretis tradita proponuntur, atque à primorum illorum temporum moribus maximè aliena fuiſſe declarantur.

DE obſervatione Paſchatis, in eâdem hâc ad *Philippenſes* epiſtolâ, leguntur iſta. Εἴ τις μετὰ Ἰουδαίων ὀπτηλεῖ τὸ πάσχα, ἢ τὰ σύμβολα τῆς ἑορτῆς αὐτῶν δέχεται, κοινωνὸς ὄζι μετὰ ἀποκτεινάντων τὸν Κύριον καὶ τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ. hoc eſt, ut Vetus reddidit Interpres. *Quicunque cum Judais Paſcha egerit, aut ſolennia dierum feſtorum eorum ſuſceperit; communis eſt eis, qui Dominum & Apoſtolos ejus occiderunt.*

Quæ

Quæ conferenda ſunt cum Canone Apoſtolorum 70. Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ κληρικοῦ, νηστεύοι μετὰ Ἰουδαίων, ἢ ἑορτάζοι μετ' αὐτῶν, ἢ δέχοιτο παρ' αὐτῶν τὰ τῆς ἑορτῆς ξένια, οἷον ἄζυμα, ἤ τι τοιοῦτον, καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκός, ἀφορίζεσθω. *Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut quiſquis de numero atque ordine Clericorum, jejunaverit cum Judæis, aut feſtum cum ipſis egerit, aut ab eis feſti xenia receperit, Azyma videlicèt aut quid ſimile, deponatur: ſi verò Laicus, à communione ſegregetur.* & cum Conſtitutionum Apoſtolicarum lib. V. cap. 16. ubi monentur Chriſtiani poſt æquinoctium Paſcha agere; μηκέτι δὲ παρατηρούμενοι μετὰ Ἰουδαίων ἑορτάζειν, *nequaquàm verò cum Judæis tempus obſervantes, feſtum celebrare:* hâc etiam ratione additâ. ἀδελφία γὰρ κοινωνία ἡμῖν νῦν πρὸς αὐτούς. *Nulla enim nobis nunc cum eis communio eſt.* quæ ab interpolatoris manu acceſſiſſe, cùm antiquæ Conſtitutiones planè contrariam continerent ſententiam, ex *Epiphanio* [a] jam antè demonſtravimus.

[a] Suprà cap. 7. pag. 46, 47. & cap. 9. pag. 56, 57.

Et certè ex *Irenæi* ad Victorem Romanum epiſcopum epiſtolâ ſatis conſtat, poſt *Clementis* & *Ignatii* demùm tempora iſtam de Paſchate diſſenſionem erupiſſe; & poſt utriuſque obitum, *Xyſto*, *Teleſphoro*, *Hygino*, *Pio* & *Aniceto* Romanam ſedem obtinentibus, rem ita ἀδιάφορον fuiſſe habitam, ut qui vel eodem cum Judæis tempore, vel diverſo Paſcha celebrabant, Chriſtianam nihilominùs inter ſe communionem atque concordiam perpetuò retinuerint. Ex [b] eâdem quoque, & alterâ *Polycratis* ad eundem Victorem epiſtolâ intelligimus, tùm *Johannem* Apoſtolum, tùm diſcipulos ipſius, atque inter eos (ſummum *Ignatii* amicum) *Polycarpum*, Paſcha cum Judæis obſervâſſe. Ubi quod de *Polycarpi* & *Aniceti* congreſſu *Irenæus* ſcriptum reliquit, minimè eſt prætereundum.

[b] Euſeb. lib. 5. hiſt. cap. 23. & 25. Vid. Socrat. lib. 5. cap. 22. & Sozomen. lib. 7. cap. 19. in quo, pro Βίκτωρα, reſtitue Ἀνίκητον.

Οὔτι ὁ Ἀνίκητος τὸν Πολύκαρπον πεῖσαι ἠδύνατο μὴ τηρεῖν, ἅτε μετὰ Ἰωάννου τοῦ μαθητοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, καὶ τῶν λοιπῶν Ἀποστόλων οἷς συνδιέτριψεν, ἀεὶ τετηρηκότα· ὅτι μὴν ὁ Πολύκαρπος τὸν Ἀνίκητον ἔπεισε τηρεῖν, λέγοντα τὴν συνήθειαν τῶν πρὸ αὐτοῦ πρεσβυτέρων ὀφείλειν κατέχειν. Καὶ τούτων ὄντων ἐχόντων, ἐκοινώνησαν ἑαυτοῖς· καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ παρεχώρησεν ὁ Ἀνίκητος τὴν εὐχαριστίαν τῷ Πολυκάρπῳ, κατ' ἐντροπὴν δηλονότι, καὶ μετ' εἰρήνης ἀπ' ἀλλήλων ἀπηλλάγησαν· πάσης τῆς ἐκκλησίας εἰρήνην ἐχόντων τῶν παρόντων

πρώτων ἢ μὴ πρώτων. *Neque Anicetus Polycarpo poterat perſuadere, ut ſuum obſervandi morem (quippè qui cum Johanne diſcipulo Domini noſtri, & cum reliquis Apoſtolis, quibuſcum multùm verſatus fuiſſet, eundem ſemper ad illum modum obſervâſſet) deponeret: neque contrà Polycarpus Aniceto perſuaſit, ut conſuetudinem Aſiaticam (quippe qui morem Presbyterorum, qui illum erant antegreſſi, debere ſedulò retinere aſſereret) ullo modo obſervaret. Quæ cùm ita eſſent conſtituta, communicabant inter ſe mutuò: & in Eccleſiâ Anicetus, ritus qui in Euchariſtiâ peragi ſolent, Polycarpo (ob reverentiam videlicèt, quam erga illum habebat) obeundi poteſtatem conceſſit. atque tandem cum pace alter deceſſit ab altero: & omnes Eccleſiæ, tùm eorum qui decimoquarto die feſtum Paſchatis obſervabant, tùm eorum qui ſecùs, placidâ pace & tranquillâ inter ipſas fruebantur.*

Porrò *Johannis* diſcipulus, non minùs quàm *Polycarpus*, fuit ipſe *Ignatius*; & quidem *Syrorum* (ut ipſe in epiſtolâ ad Romanos ſe appellat) epiſcopus: quos uſque ad Nicæni Concilii tempora cum Judæis Paſcha celebraviſſe, locupletiſſimum habemus teſtem [c] *Athanaſium*. Et *Chryſoſtomus*, ſermone *In eos qui primo Paſcha jejunant*, hoc eſt, qui in XIV. Lunaris menſis die, in quamcunque ſeptimanæ feriam ille incideret, Paſcha cum Judæis celebrabant (quod *primum* eſt dictum, reſpectu ad Πάσχα ἀναστάσιμον habito, quod proximè ſequente die Dominico ab aliis Chriſtianis obſervabatur) *Antiochenos* ſuos eundem morem retinuiſſe agnoſcit, donec Nicænæ Synodi Patres legem tuliſſent, [d] ὥστε καινὴ ἡ συμφώνως τῇ ἑορτῇ ταύτῃ ἐπιτελεῖν, *ut ſimul atque concorditer feſtum illud celebraretur.* [e] Καὶ ἡμεῖς, inquit, ὕτως ἐνηστεύομεν πρότερον, ἀλλ' ὁμῶς μετετιμήσαμεν τὴν συμφωνίαν τῆς ἁγίας χρόνου ἕνεκα προτιμήσεως. *Et nos priùs ſic jejunábamus: ſed tamen obſervationi temporum poſtea concordiam prætulimus.* Ut vix dubitare liceat, eandem ab *Ignatio* quoque fuiſſe obſervatam.

Et ut alium ritum ille fuiſſet ſecutus; an *Polycarpum* cum Smyrnæis ſuis, an *Epheſios*, *Magneſianos*, *Trallianos*, *Philadelphenos*, qui cum reliquis Aſiæ Eccleſiis Judaicum ſervabant morem, credere poteſt quiſquam damnatos ab eo fuiſſe, ut ſocios & participes eorum qui Dominum & Apoſtolos ejus occide-

[c] Athanaſ. de Synodis Arimini & Seleuciæ, pag. 672. & epiſt. ad Africanos, pag. 718. tom. 1. edit. Commelinian.

[d] Chryſoſt. oper. tom. 6. pag. 380. edit. Græc. Savilian.

[e] Ibid. pag. 379.

runt? nec tanti tamen criminis in epistolis (quas ad illos scriptas ab eo fuisse memorat *Eusebius* & *Hieronymus*) vel leviter admonitos; sed honorificis contrà ubique præconiis exornatos? Et tam nullius ponderis existimabimus fuisse apud Antiochenos eximii Christi Martyris & Episcopi sui adeò severam sententiam; ut, eâ susque deque habitâ, ad Quartadecimanorum partes tanto præjudicio damnatas accedere nihil omninò sint veriti?

[f] Halloix. illustr. Eccles. Oriental. scriptor. tom. 2. Notat. ad cap. XI. vitæ S. Irenæi. Et tom. 1. in Vitæ Ignatii, cap. 22.

Hujusmodi rationibus convictus *Petrus Halloixius*[f], agnoscit quidem, *non modò Petrum Antiochiæ Pascha observâsse Lunâ* XIV. *sed etiam Euodium ejus successorem, sed etiam Ignatium, sed etiam Heronem clarissimos martyres; sed etiam alios omnes Episcopos, istorum successores, usque ad Nicænum Concilium, per annos circiter trecentos:* verùm ne *Ignatii* sui concideret authoritas, contendit illius *verba non esse (ut aliquòt rerum & historiarum ignari putaverunt) contra Quartadecimanos, qui in eâdem die cum Judæis Pascha servabant; sed contra eos qui in eâdem mensâ cum Judæis Judaicè agnum edebant, aut ejus partes ad se missas manducabant.* ac si dictum ab eo fuisset: *Caveant Christiani, ne cum Judæis agnum paschalem comedant, unà cum illis Judaicè convivantes, aut partes tosti agni ad se missas, velut Judaismi symbola, recipientes.*

Quasi verò Christianos incircumcisos ad communem Paschalis agni esum admittere potuissent Judæi, aut partes illius aliquas ad eos mittere: quum expresso Dei mandato prohiberentur, aut partem ejus aliquam extra domum efferre, aut præputiatum aliquem ad manducationem illius admittere; Exod. XII. 46, 48. Et tamen, ne sine ratione ita hominem insaniisse existimaremus; tanto præconio putridas hasce merces ille nobis venditat. *Rationes affero partim in vitâ S. Irenæi, partim in Commentario ad B. Ignatii epistolas: quæ rationes mihi quidem, & iis qui accuratiùs illas examinârunt, visæ sunt certæ & inexpugnabiles.* Quid autem in Commentario suo ad *Ignatii* epistolas præstiturus ille sit, quum nondum (quod ego quidem sciam) in lucem prodierit, non possum dicere: de duabus, quas in vitâ *Irenæi* protulit, pronunciare audeo, futiles esse & nullius planè ponderis; quantumvis accuratis illius examinatoribus visæ eæ sint *certæ & inexpugnabiles.*

Earum

Earum prior ducta eſt è ſecundo membro rei prohibitæ. *Nam prohibetur* (inquit) *non modò ne cum Judæis celebrent Paſcha; quod ſatis fuiſſet, ſi actum eſſet de Lunâ* XIV. *ſed etiam ne ſymbola feſtivitatis eorum recipiant, hoc eſt, agni toſti partes à Judæis ſibi oblatas. Quod magno argumento eſt priora verba intelligi de non celebrando Paſchate cum Judæis, hoc eſt, in eorum ſocietate: non autem de non celebrando eodem die, licèt cum Chriſtianis, & ritu Chriſtiano.* Et certè quidem, ſi de Lunâ XIV. *tantùm* hîc fuiſſet actum (quod nemo unquàm aut dixit aut ſenſit) ſuffeciſſet membrum illud prius: ſicut [g] *Athanaſio* in veteribus *Syriæ, Cilicia,* & *Meſopotamiæ* Chriſtianis ſatis erat notâſſe, quòd μὴ τῶν Ἰουδαίων ἐποιοῦντο τὸ πάσχα, *cum Judæis agebant Paſcha.* Sed cùm fundamentum interdicti, de Paſchate eodem tempore cum Judæis obſervando, ab Apoſtolicarum Conſtitutionum interpolatore in eo fuerit poſitum, [h] quòd ἀδιάφορα κοινωνία ἡμῖν νῦν πρὸς αὐτούς, *nulla nobis nunc communio cum eis* eſſe debeat: abs re certè non fuerat, & illam alteram, de non recipiendis Judaicæ feſtivitatis ſymbolis, ut vetitæ ejuſdem communionis teſſerâ non diſſimili, cautionem ſimul etiam adjungere. quemadmodum in Apoſtolicis quoque Canonibus, non in 7°. ſolùm prohibiti ſunt Chriſtiani πρὸ ἑνὸς τῶν Πάσχα ἡμέρας πρὸ τῆς ἐαρινῆς ἰσημερίας μετὰ Ἰουδαίων ἐπιτελεῖν, *ſanctum Paſchæ diem ante vernum æquinoctium cum Judæis peragere*; ſed etiam in 70. λήψεσθαι παρ' αὐτῶν τὰ τῆς ἑορτῆς ξένια, οἷον ἄζυμα ἤ τι τοιοῦτον, *feſti xenia, ut azyma aut quid ſimile, ab eis recipere.* Ubi vides quid ſit, τὰ σύμβολα τῆς ἑορτῆς αὐτῶν λήψεσθαι, non utique *agni toſti partes* (quas extra domum efferre non licuit) ſed *azyma* aut id genus alia; ad ſe miſſa accipere. quomodo & in Laodicenæ Synodi 38°. Canone ſtatutum legimus: Ὅτι οὐ δεῖ ἄζυμα λαμβάνειν, ἢ κοινωνεῖν τῆς ἀσεβείας αὐτῶν, *Quòd non oporteat azyma à Judæis accipere, aut communicare impietatibus eorum.* Cum quo conjungere poſſumus & 11^mum^. *Trullani* Concilii canonem: qui non in azymis modò, & ſimilibus antiquatæ religionis ceremoniis, ſed in omni propè civili converſatione, Chriſtianorum cum Judæis, commercium hunc in modum prohibet. Μηδεὶς τῶν ἐν ἱερατικῷ καταλεγομένων τάγματι, ἢ λαϊκὸς, τὰ τῶν Ἰουδαίων ἄζυμα ἐσθιέτω, ἢ τύποις προσπαιζέσθω, ἢ ἐν νόσοις προσπαλείσθω καὶ ἰατρείας παρ' αὐτῶν λαμβανέτω, ἢ ἐν βαλανείοις τύποις παιζέλως

[g] Athanaſ. ut ſuprà.

[h] Conſtitut. Apoſtol. lib. 8. cap. 16.

παντελῶς συλλείδω. *Nemo eorum qui in sacro ordine censentur, aut laicus, Judæorum azyma comedat, vel ullam cum eis familiaritatem ineat, vel in morbis accersat & ab eis medicinam accipiat, vel unà cum eis in balneis lavetur.*

Secunda ratio est petita ex ipsius comminationis gravitate: *Particeps est eorum, qui Dominum occiderunt & Apostolos ejus*, quippe quæ *nullo modo cadere in eum possit, qui nullâ in re aliâ communicat cum Judæis, quàm quòd suum Pascha celebret cum Christianis, in Ecclesiâ Catholicâ, eodem die quo Judæi suum in Synagogâ.* Addítque deinde Jesuita, quæ, ut veritati maximè consentanea, ambabus ulnis ultrò nos amplectimur. *Sanè perabsurdum esset, tam graviter denotare id quod tam multi sancti viri eâ ipsâ in ætate quâ hoc proferebat Ignatius (atque inter alios ipse S. Polycarpus) factitabant. Neutiquàm profectò istud fecit mitissimus Ignatius, neutiquàm fecit, immo ne cogitavit, ne somniavit quidem. Ipse enim, ipsemet Ignatius ita Pascha celebravit cum Judæis, hoc est, eodem die; non autem cum Judæis, hoc est, in eorum societate, & ritu Judaico.*

At licèt de ejusmodi criminatione vel comminatione germanus *Ignatius* neque cogitaverit neque somniaverit: nihil erit tamen absurdi, si id ab altero isto Ignatiastro factum dicatur qui, non minore vel majore etiam cum temeritate, Sabbatici jejunii observatores, & in his Romanenses ipsos, (quorum *multos sanctos viros* extitisse Jesuita, opinor, non inficiabitur) ut χριστοκτόνους & cædis Christi reos jam priùs condemnaverat. Eò enim processerat, post Nicæni Concilii tempora, adversùs Quartadecimanos hujusmodi ἀνοσιουργίας ἐμπορία, ut ipsi etiam hæretici non alio magis argumento communionem suam cum Ecclesiâ Catholicâ probare se potuisse confiderent, quàm si horum fautores vel excommunicandos decernerent, ut in 1°. Antiocheni Concilii Canone *Ariani*, vel anathemate feriendos, ut *Nestoriani*; à quibus atrox hæc (in Ephesini Concilii sextâ, & Calcedonensis Actione primâ) prolata in eos legitur sententia. Πᾶς ὁ μὴ πασῶν τὸν ἁγίαν ἡμέραν τῆ πάσχα χρ τὸν τῆς ἀγίας καθολικῆς ἐκκλησίας θεσμὸν, ἀνάθεμα ἔστω. *Omnis qui non celebrat sanctum diem Paschæ secundùm sanctæ Ecclesiæ Catholicæ regulam, anathema sit.*

Pergit verò *Halloixius*. *Quia totus propè Orient, aut certè para-*

pars ejus potiſſima, eodem cum Judaïs die Paſcha celebrabat; hinc cauſa erat juſtiſſima metuèndi, ne quis vel cognationis, vel vicinitatis, vel amicitiæ quopiam colore & prætextu, in eorum ſe ſineret ſocietatem & communem agni eſum pertrahi, aut certè ad participanda ſaltèm eorum ſymbola abduci. Ac propterea meritò Ignatius, licèt aliàs longè mitiſſimus, contra eos qui talem Chriſto (vero Agno) injuriam facerent, tam acerba verba uſurpavit, & tam efficaces ad deterrendum minas intentavit. Sed licèt metuendi cauſa eſſet, ne prætextu aliquo ad azyma vel ejuſmodi aliqua feſti Judaici *ſymbola participanda abduci* illi poſſent: tamen *à communi agni eſu* (quod *Halloixiana* interpretationis fundamentum eſt) non erat quod metui poſſet; niſi in *toto propè Oriente, aut certè parte ejus potiſſimâ*, Chriſtiani circumcidi ſe priùs paterentur: quum ex æquo & circumciſionem Gentibus, & præputiatis Paſchalis agni eſum Deus interdixerit. Quin & illud ſimul expedire nobis debuerat *Halloixius*, quî factum fuerit, ut ad *Epheſios, Magneſianos, Trallianos, Philadelphenos*, & *Smyrnæos* ſcribens *Ignatius*, quos *eodem cum Judæis die Paſcha celebraviſſe* non eſt dubium, de periculo iſto cavendo ne uno quidem verbulo monendos eos cenſuerit; ſed miſſis Aſianis (qui opportunâ ejuſmodi præmunitione in primis opus habebant) apud *Philippenſes* Europæos, qui nunquam feſtivitatem Paſchalem Lunâ XIV. obſervaviſſe leguntur, *tam acerba verba uſurpaverit, & tam efficaces ad deterrendum minas intentaverit.*

Neque hîc prætermittendum, quòd inter alia argumenta, quibus falſi convincantur ſuppoſitæ *Ignatio* epiſtolæ, à viro doctiſſimo commemoretur & [i] *Judæorum odium, quos non adeò tunc averſabatur Eccleſia Chriſtiana*: qui tamen, uti in *Clementinis* Conſtitutionibus [k] καὶ χριστιάνων καὶ καὶ θεοφιλούντων, ita hoc etiam in loco καὶ ἀποκτεινάντων τὸν Κύριον καὶ τοὺς ἀποστόλους αὐτοῦ, infami deſignati ſunt nomine. Quibus conſimilia & illa ſunt, in epiſtolâ ad *Heronem*: Εἴ τις ἄνθρωπον μόνον λέγει τὸν Κύριον, Ἰουδαΐζει δεῖ χριστιλόγος. *Si quis Chriſtum dicat ſolum hominem, Judæus eſt Chriſti interfector.* in additionibus epiſtolæ ad *Trallianos*: Εἰ δὲ ἦσαν ἀπὸ Παιτέρος κλάδοι, ἐκ ἂν ἦσαν ἐχθροὶ τοῦ σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ, ἀλλὰ καὶ ἀποκτεινάντων τὸν τῆς δόξης κύριον. νῦν δὲ τὸν σταυρὸν ἀρνούμενοι, καὶ τὰ πάθη ἐπαιχύνομενοι, καλύπτουσι τὴν Ἰουδαίων ἀθεσμίαν, καὶ διομά-

[i] Walo. Meſſalin. de Epiſcop. & Presbyter. Diſſertat. cap. 4. pag. 252.

[k] Conſtitut. Apoſtol. lib. 6. cap. 24.

χων ἀπὸ κυριακῶν, μικρὸν γὰρ εἰπεῖν σταυροκτόνων. *Si enim surculi essent Patris, non utique essent hostes crucis Christi; sed eorum qui occiderunt Dominum gloria. Nunc verò cùm crucem negent, & illos passionis pudeat; tegunt Iudæorum scelus, qui Deum oppugnârunt & Dominum occiderunt: nam parum est Prophetarum interfectores appellare eos.* & epistolæ etiam ad *Philadelphenos*: ἔστιν ὁ τοιοῦτος τῆς κάτω περιτομῆς ψευδιουδαῖος, *est hic inferioris* sive terrenæ *circumcisionis Pseudo-judæus.* ὁ τοιοῦτος ἀρνηται τὴν πίστιν, οὐχ ἧσσον τῶν χριστοκτόνων Ἰουδαίων. *talis fidem negaverit, non minùs quàm Judæi qui Christum occiderunt.*

Nec ideircò tamen cum primorum illorum temporum mansuetudine & ἐπιεικείᾳ pugnare dicendum est, quod à genuino *Ignatio* in epistolâ ad *Magnesianos* prolatum invenimus. *Si usque nunc secundùm Judaismum vivimus; confitemur gratiam non recepisse.* (quod additamentis illis ab interpolatore est amplificatum. μηδὲ ἐνέχεσθε Ἰουδαϊκοῖς μύθοις. τὰ ἀρχαῖα παρῆλθεν, ἰδοὺ γέγονε καινὰ τὰ πάντα· εἰ γὰρ μέχρι νῦν κατὰ νόμον Ἰουδαϊκὸν καὶ περιτομὴν σαρκὸς ζῶμεν, ἀρνούμεθα τὴν χάριν εἰληφέναι. & à Vetere vulgato interprete similiter redditum. *neque intendatis Judaicis inflationibus: vetera enim transierunt, & ecce facta sunt omnia nova. Si enim nunc usque secundùm legem Judaicam & circumcisionem carnis vivamus; negamus nos gratiam accepisse.*) nec quod in eâdem epistolâ posteà sequitur. *Inconveniens est Iesum Christum perfari, & Judaizare* (sive, ut Græca habent; Ἄτοπόν ἐστιν Ἰησοῦν Χριστὸν λαλεῖν ἐν γλώσσῃ, καὶ τὸν παυδέντα Ἰουδαϊσμὸν ἐν διανοίᾳ ἔχειν.) *Christianismus enim non in Judaismum credidit, sed Judaismus in Christianismum:* ita namque locum hunc expressit noster Interpres; sicut & vetus vulgatus. *Non enim Christianitas in Judaismum credidit, sed Judaismus in Christianitatem.* quum hodierni libri Græci locum hunc sic nobis exhibeant. Οὗ γὰρ Χριστιανισμὸς, οὐκ ἔστιν Ἰουδαϊσμός. *Ubi enim est Christianismus, non est Judaïsmus.*

CAP. XV.

CAP. XV.

Orthodoxúſne fuerit an Hæreticus, qui in Ignatianis & Clementinis corrumpendis tantâ uſus eſt audaciâ? ubi de hæretica pravitatis, quæ deprehendi in utriſque poſſunt, veſtigiis.

EX mutuâ collatione hactenùs oſtendere conati ſumus, tùm falſo *Apoſtolorum* nomine Eccleſiaſticorum *Canonum* & *Conſtitutionum* olim venditatorum, tùm *Ignatianarum Epiſtolarum* depravationem, ex eâdem prodiiſſe officinâ: quæ utrùm Orthodoxi alicujus fuerit, an (quod potiùs ſuſpicari quis poſſit) Hæretici; haud ab re fortaſſe fuerit, jam inquirere.

Et de *Canonibus* quidem, quòd ab *Hæreticis* ſub *Apoſtolorum* nomine fuerint compoſiti; diſertum hoc habemus *Iſidori*, non (quod in VI°. productum eſt à nobis capite) *Mercatoris*, ſed *Hiſpalenſis* potiùs celebris illius Epiſcopi, teſtimonium. *Canones qui dicuntur Apoſtolorum, ſeu quia eoſdem nec ſedes Apoſtolica recepit, nec ſancti Patres illis aſſenſum præbuerunt, pro eo quod ab* HÆRETICIS *ſub nomine Apoſtolorum compoſiti dignoſcuntur; quamvis in eis utilia inveniantur, tamen ab auctoritate canonicâ atque Apoſtolicâ eorum geſta conſtat eſſe remota, atque inter apocrypha deputata.* ad quem locum, notam hanc appoſuit *Antonius Auguſtinus*, doctiſſimus ille *Tarraconenſium* archiepiſcopus[a]. *Hæc verba in omnibus veteribus libris Hiſpaniæ Conciliorum inveniuntur; non illa, quæ Iſidorus Mercator in Præfatione Conciliorum ſcripſit, quæ etiam Gratianus capite 4°. XVI. diſtinctionis poſuit. Neque diſtinxit varietatem horum ſcriptorum, ut debuit, cùm contraria dicerent (hic enim Mercator hos Canones probat, quos ille rejecerat) ſed utrumque Iſidorum vocat.*

[a] Ant. Auguſtin. de emendat. Gratiani, lib. 1. dialog. 6.

Quam quidem ſententiam ſi de *quinquaginta* antiquioribus Canonibus *Iſidorus* ille protulit; ut & [b] *Gratianus* credidit, & author ipſe innuit, quum à *ſede Apoſtolicâ* receptos eos fuiſſe negat (utpotè in Romanâ Synodo, ſub *Gelaſio* ante XXXV. novitiorum adjectionem habitâ, inter ſcripta apocrypha reputatos:) ab hæreticis compoſitos dixiſſe putandus eſt, non mate-

[b] Gratian. in diſtinct. 16. initio.

riæ

riæ reſpectu (*utilia* enim in eis contineri agnoſcit) ſed efficientis potiùs; quòd *Apoſtolis* authoribus eos adſcripſerint, & (quod erat conſequens) *auctoritatem canonicam atque Apoſtolicam* illis tribuerint. quod planè à *Jo. Damaſceno* factum [c] vidimus; etiam quum ad veteres L. acceſſerunt novi illi XXXV. in quibus eos reperiri notavit [d] *Bellarminus*, *qui errorem ſapiunt, & ab* HÆRETICIS *ſuperadditi videntur. ut Can.* 65. (al. 66.) *de ſabbato non jejunando.* & 67. (al. 68.) *de baptizatis, vel ordinatis ab hæreticis.* (licèt & 46us. vel 47us. Canon tale quid etiam ſubinnuat) & 84. (al. 85.) *de numero librorum ſacrorum: in quo canone*, inquit, [e] *multa ſunt errata manifeſta.* inter quæ palmare illud, & ab hæretico ſpiritu planè profectum; quòd non ſolùm *Macchabæorum libros tres* in Veteris, ſed etiam *Clementis epiſtolas duas* & *Conſtitutionum libros octo* in Novi Teſtamenti canonem admitti jubeat impoſtor iſte: illos ipſos videlicèt Conſtitutionum, Apoſtolorum nomen præferentium, libros octo, quos ipſe aſſumentorum ſuorum adjectione tam fœdè depravaverat.

[c] Supr. cap. 6. pag. 36.

[d] Bellarmin. de ſcriptorib. Eccleſiaſtic. in *Clement. Rom.*

[e] Vid. eund. lib. 1. de Verbo Dei, cap. 20. & Lindanum, Panopliæ Evangelic. lib. 3. cap. 3.

Eſſe & *in his ſanctionibus quadam*, [f] Sixtus Senenſis admonet, *quæ cum præſentibus Eccleſiæ dogmatibus non conveniant. veluti canone* 62. (al. 63.) *quo jubetur, comedentes carnes cum ſanguine deponi. & canone* 66. *quo jejunium tam Dominicæ quàm Sabbati prohibetur.* addítque, eſſe *qui arbitrentur, hos Canones à Nicolaitis hæreticis contaminatos, & aliis multis apocryphis reſperſos.* quod de Epiſtolis tamen, potiùs quàm de *Canonibus*, Clementinis illos ſenſiſſe, ego quidem judicaverim. In illis enim leguntur hæc, quæ non eſſe *Clementis*, ſed *infelicis Nicolai, aut alicujus ſectatorem ejus, quos inter primos hæreticos* [*] *legimus*, in 9°. Chronicorum ſuorum libro Chriſtianus Maſſæus pronunciat. *Denique Græcorum quidam ſapientiſſimus hæc ita ſciens eſſe, ait, communia debere eſſe amicorum omnia. In omnibus autem ſunt ſine dubio & conjuges.* quæ, à *Fauſtiniano* ethnico, ex *Platonis* Republicâ, in apocryphorum *Recognitionum* libro 10°. propoſita & à *Clemente* refutata, *Iſidorus Mercator* in earum Epiſtolarum quintam, quas *Clementis* titulo nobis venditavit, impudentiſſimè primùm tranſtulit; indéque traductum, in Eccleſiaſticorum Decretorum corpus, quod in Romano foro hodie proſtat, turpiſſimè poſtea compegit [h] *Gratianus* monachus.

[f] Sixt. Senenſ. Biblioth. ſanct. lib. 2. in *Clemente.*

[*] Vid. Epiphan. contra *Secundian.* hæreſ. 32. §. 4.

[g] Bellarmin. de bonis operibus in particulari, lib. 3. cap. 11.

[h] 12. q. 1. c. *Dilectiſſimis.*

Clementina-

Clementinarum verò *Diataxeôn* interpolatorem ex *Haereticorum* grege prodiisse, CCXXVII. Episcopi, anno DCXCII. Constantinopoli in Trullo congregati, non dissimulant: hâc ad postremum Pseud-Apostolicum illum Canonem exceptione appositâ. Ἐπειδὴ δ' ἐν τούτοις τοῖς κανόσι ἐντέταλται ἡμῖν ταὺς ὑφ' αὐτῶν ἁγίων Ἀποστόλων διὰ Κλήμεντος διατάξεις, αἷς τινα πάλαι ἀπὸ τῆς ἑτεροδόξων ἐπὶ λοίμῃ τῆς ἐκκλησίας νόθα τινὰ καὶ ξένα τῆς ἐκκλησίας (vel εὐσεβείας potiùs, ut in Manuscriptis legimus) παρενετέθησαν, τὸ εὐσεβὲς καὶ τῆς θείων δογμάτων ἡμῖν ἀμαυρώσαντα, τίω τῆς τιύτων διατάξεων φερσφόρως ὑποβολῶ πεποιήμεθα πρὸς τὸ τῆ χριστιανικωτάτῃ ποιμνίῳ οἰκοδομὴ καὶ ἀσφάλειαν, ἀδιαιρέτως ἐγκρίνοντες τὰ τῆς αἱρετικῆς ψευδολογίας κύμματα, καὶ τῆ γνησίᾳ τῆς Ἀποστόλων καὶ ὁλοκλήρῳ διδαχῆ παρενείροντες. *Quoniam autem in his nobis canonibus praeceptum est, ut eorundem sanctorum Apostolorum per Clementem constitutiones susciperemus; quibus jam olim ab heterodoxis, non sine Ecclesiæ pernicie, adulterina quadam & à pietate aliena inserta sunt, quæ divinorum nobis dogmatum elegantem ac decoram speciem obscurârunt: has Constitutiones, ad Christianismi gregis ædificationem ac securitatem, conducibiliter rejecimus; haereticæ falsitatis fœtus nequaquàm immiscentes, & germanæ ac integræ Apostolorum doctrinæ inserentes.*

Indéque, in Scholiis ad eundem Canonem Apost. LXXXV. *Alexius Aristenus*, interpres adhuc ineditus. Ὁ δύτικος κανὼν τῆς ἐν τῷ Τρέλλῳ γενομένης ἕκτης συνόδου παντελῶς ὑποβάλλεται τὰς τοιαύτας διατάξεις· διὰ τὸ ἐν αὐταῖς ὑπὸ τῆς ἑτεροδόξων μεμιχθεῖναι τινὰ νόθα καὶ ξένα τῆς εὐσεβείας. *Secundus Canon Synodi sextæ in Trullo habitæ Constitutiones hasce omninò rejicit: propterea quòd iis nonnulla adulterina ab heterodoxis adjecta fuerint, atque à pietate aliena.* & *Theodorus Balsamon*: Σὺ δὲ γίνωσκε, ὡς εἰ καὶ γέγραπται ἐνταῦθα ἀναγινώσκειν ἡμᾶς τὰς διατάξεις τῷ Κλήμεντος, πλὴν μὴ δημοσιεύειν αὐτὰς, ἀλλ' ὁ δύτικος κανὼν τῆς ἕκτης συνόδου ἀπηγόρευσε τῆς τοιύτων ἀναγνώσεως, διὰ τὸ γεγράφθαι παρεμπίπτειν ἐν αὐταῖς. *Tu autem intelligas, quòd etsi hîc scriptum est, Constitutiones Clementis legi à nobis, sed non divulgari debere; secundus tamen sextæ Synodi Canon earum lectionem prohibuit, quòd in eis adulteratio facta sit.* & *Johannes Zonaras*: Διάφορα νόθα συγκάμματα καὶ ψευδεπίγραφα ἦσαν, ἢ καὶ εἰσί· τὰ δὲ καὶ γενοθησόμενα, οἷα καὶ διὰ τῆς Κλήμεντος ἀποφωνημένα διατάξαι· καὶ αὖ πάλι γε ἔδοξε κανόσι τισὶν ἐνοθεύθησάν τε καὶ παρεφθάρησαν.

σαν. διὰ ϗ ἀναγινώσκεσθαι ὅλως αὐτὰς ἀπηγόρευσαν ἡ οἰκουμενικὴ ἕκτη σύνοδος ἐν κανόνι δευτέρῳ τῶν παρ' αὐτῆς τεθέντων κανόνων. *Varii nothi & falsò inscripti libri erant, vel etiamnum sunt: quidam & adulterati; quales etiam, quæ per Clementem promulgatæ fuerant Constitutiones. A sectariis enim quibusdam & adulteratæ & corruptæ fuerunt. Quapropter istas omninò legi vetuit Oecumenica sexta Synodus in secundo capite Canonum ab eâ statutorum.*

Similiter & idem *Zonaras*, ad Canonem Apost. LX. Πολλὰ βιβλία ὑπὸ τῶν ἀσεβῶν ἐνοθεύθησαν εἰς βλάβλὴ τῶν ἁπλουστέρων. ὥστε ϗ αἱ διὰ τοῦ ἁγίου Κλήμεντος γραφεῖσαι τοῖς ἐπισκόποις Ἀποστολικαὶ Διατυγαὶ, αἱ διὰ τοῦτο ϗ συνοδικῶς ἀπεβλήθησαν. *Ab impiis hominibus corrupti fuerunt multi libri ad perniciem simpliciorum. Veluti sunt Episcopis per sanctum Clementem scriptæ Apostolicæ Constitutiones: quæ propterea synodicè rejectæ sunt.* & ad postremum Concilii Laodiceni Canonem: Ὁ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων πρὸ καιρῶν τοὺς διὰ τοῦ Κλήμεντος συγγραφεῖσας Διατάξεις τοῖς ἀναγνωσείοις βιβλίοις συναπεθέμησεν. ἃ ἡ ἕκτη σύνοδος ἐν δευτέρῳ κανόνι μὴ ἀναγινώσκεσθαι διετάξατο, ὡς ὑπὸ αἱρετικῶν νοθευθείσας, ὡς πεφθεμένων αὐτοῖς παρεγγραπτά τινα ϗ διάστοφα. *Apostolorum* LXXXV. *Canon conscriptas à Clemente Constitutiones inter libros legendos recensuit: quas tamen Sexta Synodus in secundo Canone legi prohibuit; ut ab hæreticis, qui multa eis perversè inseruerunt, depravatas.*

Speciatim verò *Arianismi* insimulatos olim fuisse hosce libros, in Bibliothecâ suâ, num. 113. testatus est Photius: ὅσα ἄν τις ϗ βιαίως διακρούσαιτο (inquit ille) *quod non nisi violenter quis queat depellere.* Eò verò spectant ista. In libro V. Constitut. cap. 6. Ἐπίδημεν Μωσῆ εἰπόντα, Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν ϗ τὴν γῆν. ϗ γινώσκομεν, ὅτι οὐχ' ὕλης ἦν ἐνδεὴς, ἀλλὰ βουλήσει μόνῃ, ἃ προσετάγη ὁ χριστὸς ταῦτα ϗ παρῆγεν. *Mosi credimus cùm ait, In principio creavit Deus cœlum & terram: ac scimus non fuisse illi opus materiâ, sed solâ voluntate effecisse quæ Christus jussus est facere.* ad quod annotaverat, in antiquissimo quo *Franciscus Turrianus* usus est codice, vetus quidam Theologus: Βλάσφημον. γινώσκει γὰρ σαρκὸς ὑποστάσῃ ὁ υἱός. *Blasphemum hoc: nam ante assumptam carnem jussa non capessebat Filius.* In eodem Constitut. libro, capite ultimo. Τοῦτον ὃν ϗ ὑμῖν κηρύσσομεν ὑμῖν ϗ εὐαγγελιζόμεθα Θεὸν Λόγον, ὑπηρετήμενον τῷ

Θεῷ

Θεῷ αὐτοῦ καὶ πατρὶ εἰς τὴν τῶν ὅλων δημιουργίαν. *Hunc igitur & nos prædicamus atque annunciamus vobis Deum Verbum, Ministrum Dei ipsius ac Patris in condendâ rerum universitate.* ad quem locum & hæc nota ab antiquo illo censore est apposita. Οὐ δέχομαι ὑπηρετῆσαι τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ τὸν υἱὸν, ἀλλὰ σὺν αὐτῷ πάντα ποιῆσαι. *Non admitto Deo & Patri ministravisse Filium, sed unà cum ipso omnia perfecisse.* Libro VIII. Constitut. cap. 12. de Filio quoque similiter. ὁ εἰς πάντα ὑπηρετησάμενός σοι τῷ Θεῷ αὐτοῦ καὶ πατρὶ, εἴς τε δημιουργίαν διάφορον καὶ προνοίαν κατάλληλον. *qui in omnibus ministravit tibi Deo ipsius & Patri, tùm in variâ creatione rerum, tùm in accommodatâ ad eas providentiâ.* ubi & admonitionem suam *Aristarchus* ille repetendam esse censuit: Μετὰ τὴν σάρκωσιν εἴποι ἄν τις τὴν ὑπηρεσίαν δι' αὐτὸν, ἡ μὴν πρὸ τῆς σαρκώσεως. *Post incarnationem attribuere ei ministerium quis posset; ante Incarnationem autem haudquaquàm.*

Et sic quidem in *Pseudo-Clementis* sui patrocinio hîc se gerit *Carolus Bovius*; ut simul quoque ingenuè agnoscat, *videri eum aliquando de Spiritu sancto exiliter loqui*, uti *de Verbo quoque duriores quasdam interdum voces fundere.* Ita in libro VIII. cap. 6. *Pater* dicitur *Deus*, tùm *Filii*, tùm *Paracleti*; & cap. 37. πρὸ πάντων αὐτῷ Θεὸς καὶ πατὴρ, ὁ τῷ πνεύματι κύριος, *ante omnia Deus ac Pater* filii, *& Dominus spiritus.* quomodo & in VI. libri capite 11. eundem prædicat ἕνα θεὸν, ἑνὸς υἱοῦ πατέρα καὶ πλειόνων, ἑνὸς παρακλήτου διὰ Χριστοῦ, τῶν ἄλλων ταγμάτων ποιητήν: *unum Deum, unius filii patrem non multorum, unius Paracleti per Christum, aliorum ordinum effectorem.* quod ut ἀποβλητέον καὶ ψυκτέον, damnat ille antiquus *Turriani* censor: qui & in putidâ illâ comparatione, qui in libri II. cap. 26. legitur, inæqualitatem inter Filium & Spiritum sanctum induci, observat. *Diaconissa in figuram Spiritûs sancti honoretur à vobis: nihil sine Diacono agens vel loquens; quemadmodum nec Paracletus à seipso aliquid loquitur vel facit, sed glorificans Christum expectat ejus voluntatem.* & cap. 28. *Quantum autem unicuique Presbyterarum datur* (quo πρεσβυτίδων nomine * seniores Diaconissæ intelligendæ veniunt) *ejus duplum detur Diacono, in honorem Christi.* Et quanquam ipse *Turrianus* in istis defendendis multam operam insumpserit: ex eâdem tamen societate prodiit posteà *Dionysius Petavius* qui, libertate hîc usus planè Francicâ, veteris

* Ἄχρι Διακονίσσης μόνον τὸ ἐκκλησιαστικὸν ἐπεδείξω τύπον, χάριτος τε ὀνόμασι, καὶ τούτων τῶν ἔτι χαριτίων Πρεσβυτίδων, ἥδιον ἢ πρεσβυτείδας. Epiphan. contra Collyridian. hæres. 79.

ris illius Theologi cenſuram ſuo etiam calculo ita comprobare non eſt veritus. *De Diaconiſſis nugatur Pſeudiotaxis Clem. lib.* II. *cap.* 26. *ubi Epiſcopum Dei Patris inſtar eſſe dicit, Diaconum Chriſti Domini, Diaconiſſam verò Spiritûs ſancti. Proinde niſi Spiritus ſanctus nihil à ſeipſo dicat facitve,* ἀλλὰ δεξάμενον τὸν Χριστὸν σημαίνει τὸ ἐκείνου θέλημα: *ita Diaconiſſa nihil ſine Diacono debent ſuſcipere. Quæ ſunt* χαώδη, *& Hæreſim præterea* τῶν Πνευματομάχων *redolent.*

[a] Petav. Not. in Epiphan. pag. 349.

Mitto errores alios, à Cardinale *Bellarmino* (in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis) Conſtitutionibus hiſce objectos: ut, quòd in libro VI. cap. 15. *jubent rebaptizari eos, qui baptizantur ab hæreticis, eâ de cauſâ, quia hæretici non ſunt ſacerdotes.* libro III. cap. 2. *quartas nuptias appellant manifeſtam fornicationem.* libro VIII. cap. 32. *dicunt ancillam ſoli Domino obſequentem recipi; ſi cum aliù intemperans fuerit, rejici.* Ad *Pſeud-Ignatium* venio: in cujus ad *Philippenſes* epiſtolâ duo huc facientia, à nobis ſuprà, capite XI°. ſunt annotata; alterum ad *Apollinarii*, ad *Arii* ſpectans hæreſim alterum. cum quorum priori illud etiam convenit, quod epiſtolæ ad *Philadelphenos* habet interpolator: ὅτι θεὸς λόγος ἐν ἀνθρωπίνῳ σώματι κατῴκει, ὧν ἐν αὐτῷ ὁ λόγος, ὥσπερ ἡ ψυχὴ ἐν σώματι· ἀλλὰ τὸ ἔνοικον εἶναι θεὸν, ἀλλ' οὐχὶ ἀνθρωπίαν ψυχήν. *quòd Deus Verbum in humano corpore habitabat, verbo exiſtente in ipſo, ſicut animâ in corpore: eo quòd Deus in eo habitat, non autem anima humana.* Nam rectè quidem obſervavit *Vedelius*, ex ipſius authoris, non ex hæreticorum aliquorum ſententiâ fuiſſe iſta dicta: ſed quum ἀλλὰ τὸ ἔνοικον εἶναι θεὸν, ἀλλ' οὐχὶ ἀνθρωπίαν ψυχήν, ita interpretatur, *quia ſcilicèt Deus inhabitabat illud, non autem quaſi* (Deus aut λόγος) *fuiſſet anima humana*; vereor ne ejuſmodi interpretationem verba ipſa non queant admittere.

Quòd *Patri* ut propria aſſignata eſſet appellatio *Dei ſuper omnia*, non ſolùm in epiſtolâ ad *Philippenſes*, ſed etiam in alterâ ad *Tarſenſes* & *Clementinis* illis Conſtitutionibus; id *Ariani-ſmum* ſapere dicebamus. A quo nec ille alienus eſt titulus, *Filio* ab epiſtolæ ad *Magneſianos* interpolatore attributus: ἐνεργείας θεϊκῆς οὐσίᾳ γεννητῇ, *divinæ efficaciæ genitæ eſſentiæ.* Cui noſter quidem [b] *Zanchius*, commodum ſenſum conatur affingere; ut vel οὐσία accipiatur pro ὑπάρξει ſive *perſonâ*, vel γεννητὴ ſumatur,

[b] Hieron. Zanchius de tribus Elohim, lib. 5. cap. 8. Vid. & Luc. Wadding. Annal. Minorum, ad ann. 1297. §. 41.

matur impropriè pro *communicata* (per *generationem* sc. non, ut in Spiritu sancto, per *spirationem*:) addens, *etiam apud Theodoretum, lib. 1. cap. 12. Patres Concilii Nicani passos fuisse dici, Filium esse ἐσίας γεννητὸν.* Ubi fortissimus ille Ecclesiæ athleta, & sacrosanctæ Trinitatis validissimus assertor (cui hunc, de Essentiâ in divinis generante & generatâ, strenuè ab ipso oppugnatum errorem impudentissimè impingit [l] *Gregorius Valentianus*) & prius illud *Ignatio* suppositum fuisse non intellexit; & posterius haudquaquàm ex *Nicæni* Concilii vel sententiâ vel permissione dictum fuisse minùs animadvertit, sed ex *Eusebii Cæsarienſis* ad Arianos, quibuscum ille syncretismum fovere volebat, tùm scribentis epistolâ, in *Theodoreti* historiâ simpliciter fuisse recitatum. Contra quod Arianismi in hâc locutione latitans venenum, severam hanc sententiam à Patribus Concilii *Toletani* I. promulgatam novimus: *Si quis dixerit, vel crediderit, Deitatem nascibilem esse; anathema sit.* Ut de *Lateranensis* Concilii definitione, sub *Innocentio* III. eandem de genitâ essentiâ opinionem in *Joachimo Florensi* Abbate condemnantis, nihil dicamus. Illud enim arctè nobis tenendum; à personâ Patris per generationem Filio esse communicatam essentiam ingenitam: quicquid, sub specioso Patrum & paternarum Traditionum prætextu, contrà nobis obtendat [m] *Richardus Victorinus.*

[l] Gregor. de Valent. lib. 3. de Trinit. cap. 2.

[m] Richard. de S. Victore, lib. 6. de Trinitate, cap. 22.

Suspectum quoque nonnullis est & illud; quòd in eâdem ad *Magnesianos* epistolâ nominatur Christus πρῶτος ἐπίσκοπος καὶ μόνος φύσει ἀρχιερεὺς, *Primus Episcopus & solus naturâ Pontifex*, quomodo & idem interpolator, in epistolâ ad *Smyrnæos*, eundem appellat τὸν πρωτότοκον καὶ μόνον τῇ φύσει τοῦ Πατρὸς ἀρχιερέα, *primogenitum & solum naturâ Patris Pontificem*. ubi, cùm Scriptura non dicat Christum esse *naturâ* Pontificem, sed [n] τάξει sive *institutо*; utrobique vocem φύσει irreptitiam esse, atque infertam à corruptore in Notis suis criticis suspicatus est *Vedelius*. quum non in duobus hisce tantùm locis, sed etiam in VIII°. Clementinarum Constitutionum libro, cap. 46. πρῶτος τῇ φύσει ἀρχιερεὺς ὁ μονογενὴς Χριστὸς, *primus naturâ Pontifex, unigenitus Christus* similiter dictus reperiatur. Quod si animadvertisset vir sagacissimus; & ejus simul meminisset quod in causâ non absimili, de vocis *Sabbathi* interjectione, adversùs

[n] Hebr. 5. vers. 6. 7. 10. & 7. vers. 11, 17, 21, 28.

Bellarminum [v] alio in loco disputaverat: non tam unicam hanc voculam, quàm integrum hoc comma *Ignatio* à depravatore insultum fuisse, haud dubiè pronunciâsset. De ipsâ verò re vide, si placet, *Turrianum* in suis ad dictum Pseudo-Clementis locum explanationibus apologeticis.

v Vedel. Exercitat. 10. in epist. ad Philippens. cap. 6. §. 3.

CAP. XVI.

De criminatione Deuteronomii, Pseudo-Clementis Constitutionibus olim objectâ. De κακοπλασίᾳ in Clementinis & Ignatianis confingendis commissâ; quæ ex temporum ratione, cum quâ consistere ea nullo modo potest, apertè redarguitur.

PRæter *Arianismi* crimen, duo alia Clementinis Constitutionibus objecta olim fuisse, in Bibliothecâ suâ (num. 113.) memorat *Photius*. κακοπλασίαν, ἣν ὁ κακὸς ἐπενοήσατο. καὶ ὅτι κατὰ Δευτερονόμιον ὑβρεις τινὰς ἐπαρίσων, ἃς καὶ ῥᾴστην διαλύσασθαι. *malam* nimirùm *fictionem, quam depellere* ait *non esse admodùm difficile: deinde quòd contra Deuteronomium criminationes quasdam adducant; quas & ipsas dilui facillimè posse* asserit. Atque *Franciscum Turrianum Soc. Jesu in Clementis Constitutiones Apost. Prolegomenis hæc eadem solvisse*, addit in suis ad Photium notis *Andreas Schottus*.

De *Deuteronomio* autem, eo in loco, hæc illius est responsio. *Quia Clemens Deuteronomium nomine Deuteroseos in his libris vocare solet: qui verbum accipiebant ut nunc utimur, & usus est Justinianus Imperat. cùm (in Constitut. CXLVI. de Hebræis) Deuteroſim Hebræis ut impiam & legi Moysis contrariam prohibet; convicium fieri Deuteronomio existimarunt. At non sic Clemens accepit, sed ut tunc accipiebatur. Deuteroſim enim priùs vocabant eam quæ post legem Decalogi vice secundæ legislationis à Deo data est Moysi.* Quâ responsione tantùm abest ut nodum ille solverit, ut ne attigerit quidem. Nam mandata quidem quæ post Decalogum promulgatum scriptis à Moyse sunt mandata, & *Deuteronomii* nomine designat Pseudo-Clemens (ut in lib. I. cap. 3. ubi ex *Deuteronomio* legem citat

tat quæ habetur in *Levitico*) & *Deuteroseos* (ut in ejusdem libri cap. 6. ubi Deuterosin hanc opponit legi Naturali & Decalogo:) maximámque eorum partem à Christo sublatam esse asserit. καὶ ἐγένετο ὁ νομοθέτης αὐτὸς πλήρωμα ⸗ νόμου, ὢν ἀνελὼν τὸν φυσικὸν νόμον, ἀλλὰ παύσας τὰ διὰ τῆς δευτερώσεως ἐπεισακτα, εἰ καὶ μὴ πάντα: inquit ille, in libri VI. cap. 23. *Ac factus est ipse legislator perfectio legis: non lege naturali sublatâ, sed illis abrogatis quæ per Deuterosim inducta fuerant, tametsi non omnibus.* Sed quod in eo reprehendendum existimaverunt Censores isti, id potiùs fuisse videtur: quòd in VI. libri capite 20. præcepta illa temporaria Israëlitico populo *pœnæ* loco data fuisse dixerit.

Nam ante conflatum vitulum aureum, & Hebræorum illam Idololatriam, sacrificia & id genus alia permisisse illis Deum ait, non jubendo & necessitatem aliquam imponendo, sed liberæ eorum potestati ea concedendo. Posteà verò, inquit, ὀργισθεὶς ὁ Θεὸς ἅτε ἀχαρισθέλς ὑπ' αὐτῶν, ἔδησεν αὐτοὺς δεσμοῖς ἀλύτοις, σιβώτει φορτισμῷ καὶ σκληρότητι κλοιῶ· καὶ ἔκτι εἶπεν, Ἐὰν δὲ ποιῆς, ἀλλά, Ποίησον θυσιαστήριον, καὶ θύε ὁλωσκαῖς. ὁπλήσμων γὸ τυγχάνεις καὶ ἀχάριστος, ὁλοκαύτει ἵν' συνεχῶς, ἵν' ὑπομιμήσκης μου· ἐπειδὴ γὰρ τῇ ἐξουσίᾳ κακῶς ἀπεχρήσω, ἀνάγκλω ἐπιθήμί σοι λοιπὸν, καὶ βρωμάτων ἀφιςῶ τοιῶνδε, καὶ ζώων σοι διαφορᾶς καθαρῶν καὶ ἀκαθάρτων διατέλλομαι, καί τοι πάντος ζώου καλῶ τυγχάνοντος, ἅτε ὑπ' ἐμῦ γενομένου· καὶ ἀφορισμὸς τοιόσδε σοι φορτίων, καθαρισμὸς, συνεχῆ βαπίσματα, ῥαντισμὸς, ἁγνείας τοιάσδε, ἀρχίας διαφόρυς. καὶ τέτων ἐφ' ἑκάσω ἐὰν φθάκησις, τιμωρίαν θείζω, ὡς ἔοικα, τῷ ἀπειθεῖ. ὅπως πεζόμενος καὶ ὑπὸ ⸗ κλαῖῶ ἀγχόμενος, τῆς πολυθέω πλάνης ἐκπῆς. *Deus iratus, quòd ingrati & immemores beneficiorum essent; constrinxit eos vinculis artissimis, & compressione oneris, & asperitate jugi. neque amplius dixit, Si feceris,* (ita enim antea citaverat textum, Exod. 20. 24. Ἐὰν δὲ ποιῆς μοι θυσιαστήριον, ἐκ γῆς ποιήσεις μοι αὐτό. cùm simpliciter ibi legatur: Θυσιαστήριον ἐκ γῆς ποιήσετέ μοι) *sed, Fac altare, & assiduè sacrifica. Oblivioſus enim es & ingratus: fac igitur continenter sacrificium holocausti, ut sis memor mei. Quia enim liberâ potestate malè abusus es, impono tibi deinceps necessitatem, interdico tibi hujusmodi genera ciborum, & animalium mundorum & immundorum distinctionem tibi præscribo; cùm alioqui omne animal bonum sit, utpote à me factum. Item jubeo tibi tales quasdam*

separatio-

ſeparationes, purgationes, crebras lavationes, aſperſiones, vacationes varias: & in ſingulis horum, niſi parueris, pœnam ſtatue ut aquum eſt inobedienti; ut preſſus, & collo obtorto, à falſâ religione Deorum multorum recedas, &c.

De κακοπλασία reſpondet *Turrianus*: *Conſtitutiones Apoſtolorum ſcriptas eſſe factis perſonis. Clementem* enim *in hiſce libris partes conſtituendi & loquendi quæ in eis continentur Apoſtolis, quibus convenire & à quibus profecta eſſe ſciebat, dediſſe; licèt numquam inter ſe locuti eſſent, neque ſcripſiſſent, ut eos loquentes & ſcribentes facit. Hunc enim morem habere dialogum*, quod tamen ante eum multo & cautiùs & rectiùs *Carolus Bovius* expreſſit: *ſcribendi genus eſſe quaſi miſtum ex dialogo, & ex eo genere in quo perpetuo orationis curſu res narrantur, quod* διεξοδικὸν *vocant. Nam ex eâ parte* (inquit) *quâ perſonæ loquentes inducuntur, videtur Dialogi ſimilitudinem habere: quatenùs autem ſermones non habentur inter ipſos loquentes, ſed à principio in Apoſtolorum perſonam inſtituta oratio eandem formam conſervat, quaſi ipſi Apoſtoli hos libros conſcripſerint; poteſt in fuſum illud & perpetuum genus referri.*

[a] Conſtitut. Apoſtol. lib. 6. cap. 12, 13, 14.

Nempè,[a] poſt *Hieroſolymitanum* Concilium Actor. XV°. habitum, Apoſtoli omnes unâ congregati fuiſſe dicuntur. *Petrus* videlicèt, *Andreas, Jacobus & Johannes Zebedæi filii, Philippus, Bartholomæus, Thomas, Matthæus, Jacobus Alphæi, Lebbæus cognomento Thaddæus, Matthias Judæ ſuffectus, Jacobus frater Domini Hieroſolymorum epiſcopus, & Paulus doctor gentium* τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς, *vas electionis* (ſic enim & ipſe, cum reliquis, de ſe loquens introducitur) ἅμα πάντες ἐπὶ τὸ αὐτὸ γενόμενοι, ἐχαράξαμεν ὑμῖν τὴν καθολικὴν ταύτην διδασκαλίαν. *omnes in unum congregati, Catholicam hanc Doctrinam vobis ſcripſimus.* Ita enim illi, in libri VI. cap. 14. locuti eſſe fingunturSimiliter & in VIII. libri, cap. 4. Ἅμα πάντων ὑπαρχόντες ἡμεῖς οἱ δεκαδύο τοῦ Κυρίου ἀπόστολοι, ταῖς δὲ παρὰ θείας ἡμῖν ἐντολαῖς ἐπιτελοῦμεν διατάξεις περὶ παντὸς ἐκκλησιαστικοῦ τύπου, συμπαρόντων ἡμῖν καὶ τοῦ τῆς ἐκλογῆς σκεύους Παύλου τοῦ συναποστόλου ἡμῶν, καὶ Ἰακώβου τοῦ ἐπισκόπου, καὶ τῶν λοιπῶν πρεσβυτέρων καὶ τῶν ἱερῶν διακόνων. *Nos igitur duodecim Apoſtoli Domini, qui unâ ſumus, has vobis Conſtitutiones de omni Eccleſiaſticâ formâ indicimus; præſente Paulo vaſe electionis & co-apoſtolo noſtro, & Jacobo Epiſcopo, ac reliquis presbyteris & ſeptem*

ſeptem diaconis. & capite ultimo: Τῷ Μωσεῖ ϗ ἱερωμένοι ἀρχιερεῖς κατεστάθησαν, καὶ ἱερεῖς, καὶ Λευῖται· μετὰ δὲ ϗ Σωτῆρος ἡμῶν ἡμεῖς, οἱ δώδεκα Ἀπόστολοι· μετὰ δὲ τοὺς Ἀποστόλους ἐγὼ Ἰάκωβος καὶ ἐγὼ Κλήμης, καὶ σὺν ἡμῖν ἕτεροι. *A Moyſe, qui fuit Deo chariſſimus, conſtituti ſunt Pontifices, Sacerdotes & Levita: à Salvatore autem noſtro nos tredecim Apoſtoli* (& *Matthiâ* & *Paulo*, inter Apoſtolos à *Chriſto* ipſo inſtitutos, connumeratis) *ab Apoſtolis verò ego Jacobus, & ego Clemens, & nobiſcum alii.*

Ubi tres ſimul *Jacobos* adfuiſſe fingit impoſtor ille: *fratrem Domini* & hîc & [b] alibi ab *Alphei filio* diſtinguens atque extra numerum XII. Apoſtolorum collocans (quod culpat in eo [c] *Bellarminus*) & *Zebedæi filium* à mortuis ſuſcitans, quem ante Concilii Hieroſolymitani tempus ab *Herode* gladio fuiſſe cæſum ex Actorum XII°. didicimus. Quapropter [d] Bovius *nomen Jacobi Zebedæi delendum* hîc eſſe cenſuit; ut quod *negligentiâ vel imperitiâ alicujus huc irrepſerit.* Qui quum exemplarium conſenſum obſtare cerneret *Turrianus*; ex verbis illis Apoſtoli *Pauli* in [e] Epiſtolâ ad Corinthios, *Congregatis vobis cum ſpiritu meo, decrevi* &c. &, *Ego quidem abſens corpore præſens autem ſpiritu*, novam hanc interpretationem nobis procudit. [f] *Clemens hac in perſonâ duodecim Apoſtolorum, & ſeptem Diaconorum ſcripſit: numerans illis, ſecundùm idioma Scripturæ, Jacobum jam occiſum, & Stephanum lapidatum; qui* σὺν γνώμῃ, *& ſecundùm ſpiritum præſentes fuerunt. Hanc enim doctrinam Catholicam ab Apoſtolis prædicatam, quam Clemens litteris mandavit, & has Conſtitutiones Jacobus quoque frater Johannis, & Stephanus, ſpiritu cum reliquis congregati, ſanxerunt.* Atqui de ſe vivente, non vitâ functo, locutus eſt *Paulus* Apoſtolus: & ſi beatarum animarum à corpore ſejunctarum nuda γνώμη & conſenſus ad ſanctionum iſtarum conditarum numerum augendum ſuffecerit; certè & *Eſaias*, & *Ieremias*, & *Ezechiel*, & Prophetarum cœtus univerſus, eâdem quâ *Jacobus* & *Stephanus* ratione, in unum cum viventibus Apoſtolis conveniſſe, & Catholicam hanc Doctrinam unâ cum illis dici poſſent conſcripſiſſe. quo nihil futiliùs dici poſſet & ineptiùs.

Libro II. cap. 57. de libris Novi Teſtamenti in officiis Eccleſiaſticis publicè legendis ita præcipientes inducuntur Apoſtoli.

[b] Conſtitut. lib. 2. cap. 55. & lib. 6. cap. 12.
[c] Bellarmin. de Scriptorib. Eccleſiaſt. in *Clemente*. Vid. & Baron. ann. 34. §. 291.
[d] Bov. Schol. in Conſtitut. lib. 6. cap. 15.
[e] 1 Cor. 5. 3, 4. Vid. & Coloſſ. 2. 5.
[f] Turrian. explanat. in lib. 8. Conſtitut. c. 4.

στoli. Μετὰ τοῦτο αἱ Περάξεις αἱ ἡμετέρας ἀναγινωσκέσθωσαν· καὶ ἐπιστολαὶ Παύλου τοῦ συνεργοῦ ἡμῶν, ἃς ἐπέστειλε τοῖς ἐκκλησίαις καθ' ὑπαγωγὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος· καὶ εἰ ταῦτα διάκονος ἢ προφῆτις ἀναγινωσκόντω τὰ εὐαγγέλια, ἃ ἐγὼ Ματθαῖος καὶ Ἰωάννης παρεδώκαμεν ὑμῖν. *Deinde Acta nostra legantur: item epistola Pauli adjutoris nostri, quas Ecclesiis misit Spiritus sancti instinctu dictatas. Posteà diaconus aut presbyter Evangelia legat, quæ ego Matthæus & Johannes tradidimus vobis.* quomodo & in eorundem Pseud-apostolorum Canone LXXXV°. inter Novi Testamenti Scripturas, unâ cum Evangelio *Johannis* recensentur αἱ Περάξεις ἡμῶν τῶν Ἀποστόλων, *Acta nostra Apostolorum*, quum, præter ipsum *Johannem*, tempore scripti illius Evangelii, Apostolorum quorum in Actis mentio nullus omninò superfuerit, qui præclaris istis Canonibus condendis interesse potuerit. de quo, sic *Sixtus Senensis* [g]: *In ultimo Apostolorum Canone recipitur Johannis Evangelium, quod scriptum fuit sub Nervâ. Canones verò, vivente Petro, qui longè antea sub Nerone occisus est, dicuntur editi: sicut ex* XXVIII°. *Canone elicitur; in quo scriptum est*, A ME PETRO. *Hoc autem valdè videtur absurdum: nisi dicamus particulam illam de approbatione Evangelii Johannis, ex libri margine, cui ab aliquo sciolo addita fuerat, irrepsisse in textum.* Cui conjecturæ ut Græcorum omnium exemplarium & Nomocanonis *Johannis Constantinopolitani* (quem eodem cum Canonis istius conditore seculo vixisse arbitramur) concentus refragatur: ita [h] *Turriani* illud, de Evangelio Johannis longè ante Nervæ imperium edito, effugium alterum, gravissimorum authorum testimoniis à [i] *Bellarmino* & [k] *Baronio* est refutatum.

[g] Sixt. Senens. Biblioth. sanct. lib. 2. in *Clemente.*

[h] Turrian. explanat. in lib. 2. Constitut. cap. 57. & Defens. Canon. Apostol. cap. 11.

[i] Bellarmin. de Verbo Dei, l. 1. cap. 20.

[k] Baron. an. 99. §. 2.

Ad eandem quoque κανονολογίαν pertinet, quòd in lib. VIII. cap. 35. *Petrus* & *Paulus* festa Apostolorum servari jubent; quum adhuc in vivis essent ipsi Apostoli. & in lib. VI. cap. 6. οἱ ἐφ' ἡμῶν νῦν φανέντες Ἐβιωναῖοι, *qui nostris temporibus orti sunt Ebionæi*, ab Apostolis memorentur: quum *post excidium Hierosolyma emersisse impostorem sceleſtissimum Ebionem*, ex [l] *Epiphanio* doceat [m] *Baronius*; quo tempore *Petrum*, & *Paulum*, & eorum qui [n] hîc loquentes introducuntur alios in vivis esse desiisse nemo dubitat. & in lib. VII. cap. 48. (editionis Græco-Latinæ) Apostoli Episcoporum à se ordinatorum ejusmodi instituisse dicantur Catalogum. Περὶ τῶν ὑφ' ἡμῶν χειροτονηθέντων ἐπισκόπων,

[l] Epiphan. contra *Ebion.* hæres. 30. num. 2.

[m] Baron. an. 74. §. 6.

[n] Constitut. Apostol. lib. 6. cap. 7, 8, 12, 14,

ἐπισκόπων ἐν τῇ ζωῇ τῇ ἡμετέρᾳ γνωρίζομεν ὑμῖν ὅτι εἰσὶν ἕτεροι. Ἱεροσολύμων μὲν Ἰάκωβος ὁ τοῦ Κυρίου ἀδελφὸς, ὃν πεπιστεύκασι διάδοχον Συμεὼν ὁ Κλεόπα, μεθ' ὃν τρίτος Ἰούδας Ἰακώβου. Καισαρείας δὲ τῆς Παλαιστίνης, πρῶτος μὲν Ζακχαῖος ὁ ποτὲ τελώνης, μεθ' ὃν Κορνήλιος, καὶ τρίτος Θεόφιλος. *De ordinatis à nobis Episcopis in vitâ nostrâ, significamus vobis quòd hi sunt. Hierosolymis ordinatus est Jacobus frater Domini: quo mortuo, secundus Simeon Cleopæ; post eum Judas Jacobi filius. Cæsareæ Palæstinæ primus ordinatus est Zacchæus olim publicanus: post eum Cornelius; & tertius Theophilus.* De quo Petrus Halloixius[o]: *Constat Clementem obiisse ante Simeonem Cleophæ, & ante Theophilum Cæsareæ Palæstinæ Episcopum. Quare non potuit, nec de Judâ Simeonis successore scribere, nec de Theophilo Cornelii.*

[o] Halloix. Notat. in Vit. Ignatii, cap. 2.

Quæ si æquo animo considerâsset Fr. Turrianus; *in temporibus nunquam errore lapsum Clementem* suum fuisse, tam temerè non pronunciâsset: neque etiam (quod in Prolegomenis suis paulo pòst subjungit) *Clementem nunquam Apostolis partes dedisse constituendi, quæ post eorum tempora constituta sunt omnia enim quæ his libris complexus est à sanctis Apostolis didicisse, accipisse, audivisse.* Cujus asserti vanitas ut clariùs adhuc eluceſcat: quæ in hoc genere *Pseudo-Clementi* & *Pseud. Ignatio* sunt communia visum est proponere; quò utriusque & consensio mutua & par falsitas simul omnibus appareat.

Ad primum majores ordines *solos primitivam Ecclesiam habuisse*; *Subdiaconos* verò & *Acoluthos* (& pari ratione minores tres reliquos Romanensium ordines, *Exorcistas*, *Lectores*, & *Ostiarios*) *procedente tempore Ecclesiam sibi constituisse*; à [p] Magistro Sententiarum rectissimè est observatum. quum supposititius tamen *Ignatius*, in epistolâ ad *Antiochenos*, simul salutet ὑποδιακόνους, ἀναγνώστας, ψάλτας, πυλωροὺς, τοὺς κοπιῶντας, ἐπορκιστὰς, ὁμολογητὰς, *Subdiaconos*, *Lectores*, *Cantores*, *Ostiarios*, *Laborantes*, *Exorcistas*, *Confessores*. & pòst eos etiam τὰς θρυρὰς τῆς ἐκκλησίας πυλώνων, τοὺς ἐν Χριστῷ διακόνους, *custodes sanctarum portarum, quæ sunt in Christo*, *Diaconissas*. Similitérque *Pseudo-Clemens*, & [q] *Diaconissis* portarum committit custodiam, quod Veterum alius facit nullus; & reliqua nomina illa omnia sparsim commemorat, unico illo τῶν κοπιώντων sive *Laborantium* excepto. Eos verò, quia Acoluthorum nulla facta hîc fuerat mentio,

[p] Petr. Lomb. Sentent. lib. 4. distinct. 24.

[q] Constitut. Apostol. lib. 8. cap. 28.

[r] Ibid. lib. 2. cap. 25. & 28. lib. 3. cap. 11. lib. 6. cap. 17. lib. 8. cap. 21, 22, 23, 26, 28, 46.

tio, *Acolythos* fuisse Faber Stapulensis affirmat: [f] *Baronius*, multo rectiùs eos qui Epiphanio *Laborantes*, & in [t] epistolâ incerti cujusdam auctoris ad Rusticum Narbonensem scriptâ *Fossarii* sunt dicti.

Et quidem [u] *Epiphanio* Κοπιαταὶ dicuntur οἱ τὰ σώματα περιλλοντες ἢ κοιμωμένων, *qui corpora mortuorum curabant*, sive terrâ cooperiebant, ut ex *Sophoclis Ajace* in notis ad *Ignatium* locum interpretatur *Mæstræus*. ubi etiam monet, in *Justiniani* Novellâ 59. c. 2. Δεκανὲς ἤτοι Κοπιατὰς istos dictos, *Decanos seu Laboratores*, ut reddidit vetus Novellæ illius Interpres. Numerantur autem ibi *Decani* hi (*Lecticarii* [x] alibi appellati) inter τοὺ κάμνοντας περὶ τὰ τῶν λειψάνων ἐκφοράν, *laborantes circa cadaverum elationem*, vel (ut idem habet Interpres) *funerum exequias*: dicuntúrque τῇ κλίνῃ ὑπηρετοῦντες, *qui lecto ministrant*, ut ad verbum expressit Vetus ille, vel *lectuli ministerium faciunt*, ut [y] *Julianus*, hoc est, *qui feretro inservinnt*, ut *Gregorius Halo-ander* exponit; qui & *copiastas* (ita enim in codice suo legerat) dictos ibidem annotat, *qui efferendis defunctorum cadaveribus lassitudinem quandam contrahunt*. In Latino-Græco *Philoxeni* Glossario, *Bispelliones*, sive Vespillones, sunt Νεκροθάπται, Κοπιᾶται. Quod tamen *Copiatarum* vocabulum *Ignatii* seculo longè posterius fuisse, & sub Christianis Imperatoribus primò natum, Lex illa ostendit, quæ *Constantio Aug.* X. & *Juliano Cæsare* III. Coss. (hoc est, anno *Christi* CCCLX.) lata, horum meminit, [z] *quos Copiatas* RECENS USUS *instituit nuncupari*.

Epistolæ ad *Philadelphenos* interpolator, [a] *quendam veluti hæreticorum catalogum & seriem texens*, hæresim quæ nubere & liberis operam dare prohibebat hisce verbis condemnat. Ἐάν τις ὀθορὸν ἢ μολυσμὸν καλῇ τὴν νόμιμον μίξιν, ἢ τῶν παίδων γένεσιν, ἢ τινὰ τῶν βρωμάτων βδελυκτὰ, ὁ τοιοῦτος ἔοικεν ἔχειν τὸν δράκοντα τὸν ἐνοικοῦντα. *Si quis legitimam commixtionem & liberorum procreationem, corruptelam & pollutionem appellet, aut cibos alios quos detestandos putet: talis apostatam illum Draconem in se habitantem fovet.* Quibus similia sunt illa in Clementinis, lib. VI. cap. 10. Οἱ μὲν αὐτῶν ἀγαμίαν διδάσκουσι, καὶ κρεῶν ἀπέχειν καὶ οἴνου, βδελυκτὰ λέγοντες εἶναι καὶ γάμον καὶ παίδων γένεσιν καὶ βρωμάτων μετάληψιν. *Alii eorum docent, non esse nubendum, esseque à carne abstinendum.*

[f] Baron. an. 34. §. 188.

[t] De 7. ordinib. seu gradib. Ecclesiæ: tom. 9. oper. Hieronymi (edit. Victorii) epist. 13.

[u] Epiphan. Exposit. fidei. tom. 1. pag. 1104. edit. Græco-Lat.

[x] Τῶν κεκλημένων λεκτικαρίων ἤτοι δεκανῶν. & pòst: ἢ δεκανῶν ἤτοι λεκτικαρίων. Justinian. Novell. 43.

[y] Julian. Epitom. Constitut. 53. edit. Lugdun.

[z] Cod. Theodos. lib. 16. tit. 2. *de Episcop. Eccles. & Cleric.* l. 15.

[a] Mæstræus, in epist. ad Philadelph. not. 11.

dum & vino: execrabilia enim esse nubere, & procreare liberos, & cibos capere. & cap. 25. Ἄλλοι δ' αὖ πάλιν ἐξ αὐτῶν βρώματά τινα φαυλίζουσι· γάμων καλὸν σὺν παιδοποιΐᾳ λέγουσιν εἶναι, διαβόλου τε μηχάνημα. *Alii rursùs cibos quosdam ut malos abjiciunt: & nuptias cum generatione filiorum item malas esse, & à Diabolo excogitatas dicunt.* & cap. 8. Οἱ μὲν γὰμων ἀθετοῦσιν, ὡς εἶναι τοῦ Θεοῦ ἔργον ἀποδέχοντες· ἄλλοι δέ τινα τῶν βρωμάτων βδελύσσονται. *Alii nuptias improbant, quòd opinentur non esse eas opus Dei: alii quædam genera ciborum tanquam execrabilia ejiciunt.* Ita enim Apostolos locutos fingit Pseudo-Clemens, libro VI. Constitut. cap. 8. ubi absurda *Cerinthi*, *Marci*, *Menandri*, *Basilidis* & *Saturnili* dogmata condemnata ab eis memorantur. quum *Marcum* (Valentini discipulum) *Basilidem* & *Saturnilum*, tùm Apostolis tùm ipso Clemente posteriores fuisse appareat.

Saturnili verò sive, ut alii appellant, *Saturnini* doctrina illa fuit; *nubere & generare, à Satanâ esse*: ut ex *Irenæo*, lib. 1. cap. 22. & *Epiphanio* in hæresi 23. intelligimus. & quidem τὸν γάμον ἔτι μᾶλλον τῆ διαβόλου διδασκαλίαν ὠνόμασε, *primus matrimonium Diaboli doctrinam nominavit*; ut in Hæreticarum fabularum libro 1. docet *Theodoretus*: ubi & hunc & *Basilidem* (qui συσχολάσαι) fuerant, ut in loco citato loquitur *Epiphanius*) sub *Hadriano* Cæsare prodiisse significat. quod de *Basilide* testatur etiam *Clemens Alexandrinus* in libro VII. Stromatum, & Cæsariensis Eusebius, tùm in Ecclesiasticæ historiæ libro IIII. cap. 5. tùm in Chronico; ubi 25. annis post mortem Ignatii Basilidem collocat. Et Ignatii tamen interpolator, non solùm in epistolâ ad *Philadelphenos* hæreseos à *Saturnino* primùm introductæ, suppresso authoris nomine, meminit; sed etiam in epistolâ ad *Trallianos* nominatim *Basilidem* fugiendum esse admonet: quum sub *Trajano* martyrium subierit *Ignatius*, & sub successore ipsius *Hadriano* Hæretici isti posteà emerserint.

Nec quicquam [b] *Baronii* commentum illud rem juvat: *Basilidem* primum in Ægypto, vivente adhuc *Ignatio*, deinde post ejus mortem *Saturninum* in Syriâ scholam erroris aperuisse. Non enim primum pestifera hæc dogmata sparsisse *Basilidem*, sed *Saturninum* in hâc nequitiâ ipsi præviisse, & ex [c] *Tertulliano* liquet, qui postquàm de *Saturnino* egisset, subjicit; POSTEA *Basilides hæreticus erupit*: & ex [d] *Epiphanio*, qui

[b] Baron. ann. 120. §. 18.

[c] Tertullian. de Præscript. c. 46.

[d] Epiphan. contra *Basilidian.* hæres. 24.

Baſilidem relicto in Syriâ illo ſuo condiſcipulo majora multo prædicare cœpiſſe ſcribit, ac plures quàm illum ſectatores collegiſſe. τὰ ἀληθῆ δὲ εἰπεῖν (ſic enim ille addit) οὐκ ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ ἐννοίας ἐπῆρξάνων ἡμῖν τὰ δυσσεβῆ καὶ ὀλεθρία, ἀλλὰ παρὰ τῶν λαβόντων ἀπὸ τοῦ Σατορνίλου καὶ Σίμωνος. *Sed ut quod res eſt dicam, non ille per ſeſe, ac ſuopte ingenio dira illa ac peſtifera dogmata primus excogitavit; ſed à Saturnilo ac Simone erroris argumenta mutuatus eſt.*

Poſtremò, ſub Chriſtianis Imperatoribus vixiſſe larvatum iſtum & *Clementem* & *Ignatium*, quaſi ſorex, ſuo ipſi indicio prodiderunt. *Clemens*, libri VI. capite 24°. de *Romanis* ita ſcribens. Πιστεύσαντες ἐπὶ τὸν Κύριον, καὶ πολυθεΐας ἀπίστων καὶ ἀδικίας καὶ πρὸ ἀγαθὰς ἀποδέχονται, καὶ τοὺς φαύλους κολάζουσιν. Ἰουδαίους δὲ ἀποφέρας ἔχουσι, καὶ τοῖς ἰδίοις δικαιώμασιν οὐκ ἐῶσι κεχρῆσθαι. *Credentes in Dominum, & à Deorum multitudine & ab injuſtitiâ receſſerunt: bonóſque probant, improbóſque puniunt. Judæos verò vectigales habent, & eos legibus ſuis uti non ſinunt.* ad quem locum ſcholium hoc ſuum appoſuit Bovius. *Noli putare univerſum populum Romanum eo tempore Chriſti fidem amplexum fuiſſe: ſed cùm multi eſſent in urbe Chriſtiani, jámque religio eſſet celebris, præſertim ſi ab eâ (ut legitur) Tiberius non abhorruit; propterea hanc rem extollens Clemens, inquit, Romanos, receptâ Chriſtianâ pietate, ab Idolorum cultu diſceſſiſſe.*

At neque de *Tiberii* temporibus locutus Pſeudo-Clemens hîc eſt, ſed de iis quæ Hieroſolymitanum excidium ſunt inſecuta; quando venientes Romani, & locum & gentem Judæorum ſuſtulerunt (ut ex ſequentibus manifeſtum eſt:) neque Romanos ab Idolorum cultu diſceſſiſſe tantùm ſcribit, ſed etiam Judæos vectigales habuiſſe, & patriis legibus uti non permiſiſſe. quod neque de Romano populo intelligi poteſt, nec etiam de magiſtratibus, ſed de Imperatore ſolo[a]: *quum lege Regiâ, quæ de ejus imperio lata eſt, populus ei & in eum omne imperium ſuum & poteſtatem contulerit.* Quod etiam *Turriano* refutando ſuffecerit, qui in explanationibus ſuis apologeticis addit, *fuiſſe temporibus Apoſtolorum Romæ nobiles multos credentes, ex domo etiam ac familiâ Cæſaris; quos judicia exercuiſſe, & geſſiſſe magiſtratus, ut hæc quæ Clemens dicit facere poſſent, nemo cum ratione dubitare poterit.* Neque ſolos magiſtratus ſed ipſos

[a] Juſtinian. Inſtitut. lib. 1. tit. 2. §. 6. Ulpian. in l. *Quod Principi.* D. *de Conſtitut. Princip.*

ipsos etiam Principes potestati Episcopi Ecclesiasticæ, ex illius sententiâ, fuisse subditos, in libro II. Constitut. cap. 11. satis ipse indicat; ubi Episcopum dicit, loco Dei, πάντων ἀρχὰν ἀνθρώπων, ἱερέων, βασιλέων, ἀρχόντων, *omnibus hominibus præsidere, sacerdotibus, regibus, magistratibus.*

Neque alia epistolæ *Ignatii* ad *Philadelphenos* interpolatori mens fuit, hunc omnium ordinum ὑπαλληλισμὸν nobis proponenti. Οἱ ἄρχοντες, πυθαρχείτωσαν τῷ Καίσαρι· οἱ στρατῶται, τοῖς ἄρχουσιν· οἱ διάκονοι, τοῖς ἐπισκόποις ἀρχιερεῦσιν· οἱ ἐπισκόποι καὶ οἱ διάκονοι καὶ ὁ λοιπὸς κλῆρος, ἅμα πάντι τῷ λαῷ καὶ τοῖς στρατώταις καὶ τοῖς ἄρχουσι καὶ τῷ Καίσαρι, τῷ ὑπηκόῳ· ὁ ὑπήκοος δὲ τῷ Χριστῷ, ὡς ὁ Χριστὸς τῷ πατρί· καὶ ὕτως ἡ ἑνότης διὰ πάντων σώζεται. *Magistratus obediunt Cæsari, milites magistratibus; Diaconi Presbyteris, sacrorum præfectis: Presbyteri, Diaconi, & reliquus clerus, unà cum populo universo, militibus, magistratibus & Cæsare, ipsi Episcopo; Episcopus Christo, ut Christus Patri. & hâc ratione per omnia conservabitur unitas.* Et licèt in notis suis opponat Mæstræus, *huic objectioni facilè occurrì posse; si dicamus hoc loco Ignatium insinuâsse, non quod Cæsar ipse tunc temporis præstaret, sed quod illum præstare oportuisset*: tamen non ita facilè nodum istum solvi potuisse, hisce argumentis ostendit illi *Vedelius.*

" *I.* Scopus *Ignatii* fuit, Christianos saltem, non Ethnicos " de officio monere, quemadmodum ex singulis Epistolis mani- " festum est. *II.* Ineptum est cogitare *Ignatium* voluisse hor- " tari hominem qui infidelis etiamnum sit obedire Episcopo, " nullâ præcedente instructione in Christianismo; aut cum pri- " ùs ad ordinis εὐταξίαν observationem, quàm ad doctrinæ & " fidei cognitionem deducere. *III.* Summè scandalosum fu- " isset, si *Ignatius* eo tempore, quo alioquin Christiani in suspi- " ciones rebellionis adversùs Magistratum calumniosè conjecti " erant; hortatus esset Cæsarem Ethnicum ut subesset homini " Christiano. *IV.* Institutum corruptoris est; hortari ut con- " servetur unitas Ecclesiæ, seu potiùs unio membrorum cum " capite. Subjungit enim: καὶ ὕτως ἡ ἑνότης διὰ πάντων σώζεται, " h. e. *Et sic unio per omnia servatur.* Quid? ergone est unio " inter Christum & infideles? Ergone Ethnici in Ecclesiâ sunt? " Sed manifestum est ex hoc ipso, quo tempore, seu quâ Eccle- " siæ ætate hæc in *Ignatium* sint inserta: tùm scil. quando Im-

" peratores

"peratores ad Christum erant conversi, seu quando jam cum "Christo & fidelibus uniti erant. *V.* Non putandum est, "*Ignatium* à *Pauli* doctrinâ & exemplo discedere voluisse, "qui manifestè docet, non infideles, sed tantùm fideles jurisdi-"ctioni Ecclesiasticæ subesse; ideóque non illis, sed his præ-"cipit. 1 Cor. 5. 12, 13. *Quid enim meâ interest etiam de* "*extraneis judicare? Nonne de iis qui intùs sunt vos judica-*"*tis? De extraneis verò Deus judicat.* In quem locum Com-"mentator, qui vulgò *Ambrosius* putatur: *Perfidos*, inquit, "*non potest Episcopus judicare.*

Hucusque *Vedelius* noster: cujus rationibus adjicere possumus aliquorum etiam ex ipsis Pontificiis consentiens hâc in re judicium. Ab exemplari enim *Græco manuscripto vetustissimo bibliothecæ Mediceæ Florentinæ* abfuisse hîc notavit *Turrianus*, tùm illud *de uxore Pauli*, tùm hoc quod paulo pòst sequitur, *ut milites & magistratus & Cæsar obediant Episcopo.* Quod, inquit ille, *meritò ante me notavit tanquam affictum Kilianus Leib prior monasteri Rebdorfensis, vir bene in Theologiâ eruditus ac valdè pius, in epistolâ doctâ ad Johannem Cochlæum de quæstione, an Paulus uxorem habuisset.* deinde censuræ illius *Leibianæ* verba ista subjicit. *Quasi verò mandare potuerit, aut debuerit, Trajano, Hadriano, Diocletiano, Maximino, Decio, aliisque tot tyrannis Cæsaribus, ut Episcopo essent obtemperantes.*

[f] Turrian. explanat. in Clement. Constitut. Apostolic. lib. 6. cap. 17.

Neque me movet, quod cum altero illo, *de uxore Pauli*, implicarum hoc ab istis videam additamentum: quum ex vetere meo Latino Interprete collegerim, non ista duo solùm, sed cum iis etiam conjuncta alia plura (quæ in hâc editione miniatis literis consignavimus) *Polycarpiana* Epistolarum *Ignatianarum* Syllogæ ab interpolatore fuisse adjecta. Id verò, de quo justè conquerar, hîc habeo; quòd cum vulgati Græci & Latini codices non ex primævâ illâ sed ex interpolatâ editione omnes profluxerint, & in Manuscriptis nonnullis Latinis *Pauli* nomen ex conjugatorum censu ipsi Pontificii eraserint: repertos tamen inter eos esse tam multos, qui, de assumentis illis aliis unicè securi, in *Pauli* hærent nomine; & de ejus adjectione miras nobis tragœdias excitant. Quod ne sine causâ dixisse videar: proposito primùm *Græco* & *Latino* textu vulgato, quæ adversùs

versus eum ab istis sunt objecta, quanti sint momenti, declarabo.

CAP. XVII.

De Pauli & Apostolorum conjugio, in assumentis epistolæ ad Philadelphenos, à Pontificiis tantopere exagitatus locus discutitur; & à Latinis misogamis, Paulini nominis subductione, vitiatus esse ostenditur.

IN interpolatâ *Ignatii* ad *Philadelphenos* epistolâ, de cœlibatu & conjugio insignium quorundam Sanctorum, leguntur ista. Ὀναίμυν ἐγὼ τῆς ἐμνησθῆναι ὡς Ἠλίᾳ, ὡς Ἰησοῦ τῷ Ναυῆ, ὡς Μελχισεδὲκ, ὡς Ἐλισσαίου, ὡς Ἱερεμίᾳ, ὡς τῷ βαπτιστῇ Ἰωάννῃ, ὡς τοῖς ἁγνοῖς μαθηταῖς, ὡς Τιμοθέῳ, ὡς Τίτῳ, ὡς Εὐοδίῳ, ὡς Κλήμεντος, τῶν ἐν ἀγνείᾳ ἐξελθόντων τὸν βίον· ὧν ἐγὼ πυνθάνομαι εἶναι ἐν μέλεσιν ὑμετέροις, ὧν μέμνημαι προειδὼς ὅτι ἀριθμὸν ἐν ἐμοὶ ἔχετε. ὠχόμην γὰρ ἄξιος ὢν εὑρεθῆναι, ἐν τοῖς ἴχνεσιν αὐτῶν εὑρεθῆναι ἐν τῇ βασιλείᾳ· ὡς Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, ὡς Ἰωσὴφ, καὶ Ἰωάννης, καὶ τοῖς ἄλλοις προφήταις. ὡς Πέτρῳ, καὶ Παύλῳ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἀποστόλοις τοῖς μέλεσι προσμεμαρτυρημένοις. quæ à Vetere Latino interprete ita sunt expressa. *Memor fuisse sanctitatis vestræ; sicut Heliæ, sicut Hieremiæ, sicut Johannis Baptistæ, sicut dilectissimi discipuli, sicut Timothei, sicut Titi, sicut Euodii, sicut Clementis, vel eorum qui in castitate de vitâ exierunt. Non detrabo autem cæteris beatis qui nuptiis copulati fuerunt; quorum nunc memini. Opto enim Deo dignus ad vestigia eorum in regno ipsius inveniri, sicut Abraham, & Isaac, & Jacob, sicut Joseph & Isaias, & cæteri Prophetæ: sicut Petrus, [& Paulus,] & reliqui Apostoli, qui nuptiis fuerunt sociati.*

Hunc locum, *Pauli* nominis interpositione, ab [a] *aliquibus philogamis*, à [b] *Græculis quibusdam posterioribus*, [c] ab *Hæreticis*, à [d] *Novatoribus*, à [e] *Germanis*, vel certè [f] *oscitantiâ sciolorum aut scribarum* vitio, [g] *manifestè corruptum esse*, Pontificii scriptores uno quasi ore, clamitant. *Et hujus rei*, inquit Alphonsus à Castro, *testimonium efficacissimum est, quòd in epistolis Ignatii manuscriptis, quæ in antiquis bibliothecis reperiuntur,*

[a] Alphons. Pisan. de Apostolico cælibatu, cap. 7.

[b] Martial. Mæstr. in Ignat. epist. ad Philadelph. Not. 7.

[c] Alphons. à Castro adversus hæres. lib. 4. verbo *Virginitas*.

[d] Baron. an. 57. §. 64.

[e] Thom. Martinus in lib. contra sacerdotium conjugiat.

[f] Hieron. Vairlen. nor. marginal. in epist. ad Philadelph.

[g] Lambert. Grutter. Venrad. Præfat. in *Clementinos*, à se edita.

Pauli nomen in illo loco non habetur. Oxonia siquidem, quæ Anglicana est Academia, est quoddam Collegium Magdalenæ, in quo habentur hæ Ignatii epistolæ antiquis & pulcherrimis characteribus scriptæ: & in illâ epistolâ citatâ, non est Pauli nomen, imò nec ullum illius vestigium. Post quem [b] *Michael Medina*, ne unius *Magdalenensis* codicis (quem non *antiquis* modò, sed etiam *antiquissimis characteribus* scriptum falsò prædicat) authoritate res hæc tota niti putaretur; addit, *Ambrosium Camaldulensem narrare, se apud Matthiam Vngariæ Regem in bibliothecâ illâ celeberrimâ quam Budæ struxerat, vidisse epistolas beati Ignatii maximâ quoque antiquitate characterum, in quibus etiam nulla horum verborum habetur memoria.* Et quòd potuerit *duo ostendere exemplaria, in tantâ eorum raritate*, magnum hîc quid se præstitisse arbitratus est.

b Medin. de sacror. hominum continentiâ, lib. 2. c. 14.

Verùm, ne tanta raritas sequius quid de exemplaribus istis duobus suspicandi præberet occasionem, tertium *Vaticanum* hisce adjiciendum curârunt, qui post illum causam hanc tractandam susceperunt. [i] *Bellarminus* enim in *Vaticano codice & quibusdam aliis vetustis*; [k] *Lindanus in exemplaribus Græcis castigatioribus regis Matthiæ Hungari, Anglicanis, & Vaticanis*, nomen *Pauli* non haberi asserit. Ubi callidè Lindanus *Anglicana* & *Vaticana* exemplaria nominat, quasi numero plura ea fuissent, & non singularia: & ut majorem authoritatem eis conciliaret, falsò *Græca* ea fuisse fingit, quum essent *Latina*. De *Vaticano* enim illo codice, ad quem nos remittit Bellarminus, id verbis hisce nobis ostendit Franciscus Turrianus [l] *Ignatius in vetere interpretatione Latinâ manuscriptâ epistolæ ad Philadelph. quæ in Vaticano est, non habet quod in Græcâ epistolâ nuper in publicum emissâ legitur de Paulo inter eos qui uxorem habuerunt.* De *Anglicano* verò testari nos ipsi possumus, qui *Magdalenensem* illum codicem vidimus: eundem ipsum scilicèt, de quo Pamelius monuit; [m] *adnotavisse virum non vulgaris editionis & auctoritatis Richardum Maleum Anglum, vidisse se Oxonia exemplar vetustissimum, in quo nulla fiat Pauli mentio.*

i Bellarm. lib. de Clericis, cap. 20.

k Lindan. de virginitatis voto, lib. 4. cap. 5.

l Turrian. Defens. Canon. Apostolor. c. 2.

m Pamel. in Tertullian. de Monogamiâ, not. 23.

Sed quis (malùm) Maleus iste Anglus, tam *non vulgaris eruditionis & auctoritatis* homo; de quo nos nihil hucusque audivimus? Aut me fallunt omnia, aut *Richardus Smithæus* is

est;

est; qui in Academiâ Duacenâ (ubi ista scribebat Pamelius) primus Theologiam professus est. Neque enim verum cognomentum illi *Smithæus* erat; sed [n] à patris artificio, qui faber fuit ferrarius (Angli Smith appellant) puero primum inditum. nec in Angliâ natus ille, licèt à patris (ut videtur) patriâ *Wigornienſem* ipſe ſe indigitet; ſed in *Racmacneiano* Hiberniæ oppidulo, tribus paſſuum millibus à *Weiſefordiâ* diſtante: quemadmodum me docuit (cui multo quàm mihi res iſtarum partium & temporum magis fuerant exploratæ) avunculus meus *Richardus Stanihurſtius*.

[n] Richard. Stanihurſt. in Deſcriptione Hiberniæ; (Anglicè editâ) cap. 7.

Ille verò, in libello de *Cœlibatu Sacerdotum*, hoc ipſum quod à *Richardo Maleo* adnotatum fuiſſe ſcripſit Pamelius, his verbis tradidit. *Libellus impoſturâ haretici cujuſpiam depravatus eſt & corruptus; quo minori negotio, ac commodiùs perſuaderetur licere ſacerdotibus inire nuptias. Quòd autem locus ille corruptus ſit (ut dixi) ab haretico quopiam, vel id ſatis arguit, quòd vetuſtiora exemplaria manuſcripta non habeant Divi Pauli nomen ſcriptum in illâ epiſtolâ inter maritos: quemadmodum in muſæo, ſeu bibliothecâ gymnaſii Magdalenenſis quod eſt Oxoniæ cuique licet videre. Reperi enim in eâ librum epiſtolarum hujus D. Ignatii mirâ vetuſtate, non excuſum typis, ſed manu perpulchris literarum characteribus exaratum, qui nullam omnino in eâ epiſtolâ Pauli Apoſtoli facit mentionem.*

Sed vulgatæ editionis Latinæ fuit exemplar illud; per *Johannem* quendam de *Rodenbergâ Alamannum* deſcriptum: & *Gregorium presbyterum de vitâ Gregorii Nazianzeni* ab *Ambroſio* illo *Camaldulenſi* monacho [o] anno MCCCCXC. vitâ functo, Latinè redditum, iiſdem ipſis *perpulchris literarum characteribus exaratum*, ſimul habebat conjunctum. Ut mali iſtius *Malei*, qui *miram vetuſtatem* libri hujus tantopere prædicat, impudentiam mirari, & eorum qui eum ſecuti ſunt (*Vairleniі* inprimis qui, ex uno hoc recentiſſimo, [p] *antiquiſſimos codices Anglicanos* nobis fabricavit) credulitatem miſerari ſatis non poſſimus.

[o] Poſſevin. Apparat. ſacr. in *Ambroſ. Camaldulenſ.*

[p] Hieron. Vairlen. not. marginal. in Epiſt. ad Philadelph.

Novimo autem Latino huic exemplari nos opponimus, non vetuſtiſſimum ſolùm illud, in V. Cl. Alexandri Petavii Senatoris Pariſienſis privatâ bibliothecâ conſervatum, quod *Pauli & reliquorum Apoſtolorum* vocabula clarè nobis exhibet: ſed

etiam antiquum alterum in publicâ Baliolenſis Collegii apud ipſos Oxonienſes Bibliothecâ repoſitum; quod *Pauli & Apoſtolorum* voces habet ex membranâ eraſas, ſed ita eraſas, ut prioris ſcriptionis manifeſta relicta ſint indicia. Nam & *vacuum raſuræ ſpatium eſt relictum, & marginalis quoque iſta animadverſio, manu ſatis antiquâ deſcripta, quæ quid in textu priùs ſcriptum fuerit, manifeſtat. *Hoc de Paulo negat Hieronymus.* Ubi ἐν ἀπορίᾳ deprehenſo falſario, non difficile *Smithæo* fuiſſet judicare, à quo hominum genere corruptus eſſet locus; eorúmne qui licere, an qui non *licere ſacerdotibus inire nuptias* defendunt. Nam quòd *Thomas Martinus* (in libro contra Sacerdotum conjugia Anglicè ſcripto) nuperi illius Magdalenenſis codicis authoritate ſolâ nixus, Germanos, *ut multos alios Eccleſiæ Doctores, ita etiam hîc Ignatium corrupiſſe* aſſerit; ridiculum plane eſſe vel hoc evicerit: quod inter Gallos, & ante Lutherum in Germaniâ exortum, Ignatii epiſtolas Jacobus Faber in lucem primùm ediderit; & ex hoc ipſo ſpeciatim loco [q] Symphorianus Champerius *Paulum habuiſſe uxorem*, argumentum duxerit.

* *Sicut Petrus & reliqui qui nuptiis fuerunt ſociati.*

q Champer. de mirabilibus S. Scripturæ, lib. 1. cap. 8.

Audiamus jam tandem, poſt alios, Romæ declamantem hâc de re Baronium. [r] *Novatores*, inquit ille, *ut quoquo modo ſuæ ipſorum incontinentiæ Paulum cogant adſtipulari, depravatâ Ignatii martyris epiſtolâ ad Philadelphios, inter eos quos ille recenſet fuiſſe conjugio obligatos, poſt Petrum, addiderunt Paulum & alios Apoſtolos. Sed perfacilis eſt ejuſmodi ſtrophæ atque figmenti detectio. qui enim antiquiores vel Græcos vel Latinos codices perveſtigant, quorum alii in bibliothecâ Vaticanâ & Sforzianâ, alii alibi hîc Romæ ſunt, addititium eſſe Pauli nomen intelligent. At non tantùm noſtrates codices vetuſtiores ab omni impoſturâ liberi id apertè demonſtrant, ſed & peregrini, in quos tamen nulla pravitatis labes irrepſit: ut ille venerandâ antiquitate nobilis, qui aſſervatur in ampliſſimâ bibliothecâ invictiſſimi Regis Pannoniarum Matthiæ Corvini: haud dubium quòd & alii omnes eidem tempore æquales eandem germanam contineant lectionem. Non negamus, in quibuſdam Græcis codicibus, ſed haud antiquitate cum aliis conferendis, additum legi Paulum, ſed ſine dubio ab illis Græcis recens exſcriptis, qui, quòd uxores retineant cum ſacerdotio, Paulum in defenſo-*

r Baron. an. 57. §. 64.

nem sua ipsorum incontinentia velint habere consortem. Deinde quasi re præclarè admodùm gestâ, hoc attexit quasi epinicium. *Atqui appello judicium omnium rectè sentientium: Quibusnam major est adhibenda fides, antiquioribus, an recentioribus exemplaribus?*

Atqui appello ego judicium omnium qui Baronium nôrunt: quantum illi tribuendum sit in Manuscriptis Græcis censendis; propè etiam dixeram, vel legendis. imò conscientiam appello omnium, qui vel micam judicii relictam habent: an non omnibus ille ludibrium debeat, qui de exemplaribus Manuscriptis, quæ neq; conspexit unquam ipse, neq; de quibus vel fando inaudierat, tam confidenter pronunciat, recentiora esse codicibus ab ipso commemoratis, in quibus *Pauli* nomen inter conjugatos negat comparuisse. Et quomodo fidem nobis faciet ille Hungaricum, verbi gratiâ, codicem *venerandæ antiquitate nobilem*, quem *asservari in amplissimâ bibliothecâ invictissimi Regis Pannoniarum Matthiæ Corvini* suaviter somniavit (ac si adhuc ille in Budensi Regis Matthiæ bibliothecâ reperiri posset, ante tot annos à Turcis direptâ) antiquiorem fuisse *antiquissimo Ferdinandi Augusti, sive Augustana Bibliotheca codice*, ex quo Græcam Ignatii editionem (quæ *Pauli* nomen hîc habet) primùm fuisse evulgatum, confirmat in Præfatione Latinæ suæ interpretationis Hieronymus Vairlenius? Et adhuc ulteriùs longè progressus; utcunque in illis ipsis Romanis codicibus, quos ut *vetustiores* cõmendat, & *ab omni impostura liberos*, Pauli tantùm nomen abfuisse doceat: Thrasonicâ tamen nescio quâ fiduciâ fretus affirmare audet, *Novatores* inter eos quos Ignatius recenset fuisse conjugio obligatos, post Petrum addidisse Paulum, & *alios Apostolos*.

Viderat nimirum homo catus, Romanensium causam nullo modo sublevari, si in conjugatorum catalogo *Pauli* abesset, & *aliorum Apostolorum* adesset nomen. Quod ipsum animadvertens quoque Franciscus Bivarius, ita locum hunc nobis exhibuit: *sicut Petrus & aliqui Apostoli, qui nuptiis fuerunt socii.* cùm in editionis vulgatæ Latinæ (quam ille citat) & excusis omnibus & manuscriptis exemplaribus *reliqui Apostoli* legantur hîc, non *aliqui*: quomodo & apud Basilium magnum in conjugatorum classe reponuntur Πέτρος καὶ οἱ λοιποὶ τῶν Ἀποστόλων, Petrus

[1] Bivar. in Dextri Chronic. an. Christi 34. Commentar. 4. (pag. 304)

[2] Basil. M. ὁμιλία εἰς τὸν γάμον. Cle, tomo 2. Operæ Græco-latinæ pag. 2341

Petrum & Apoſtolorum reliqui: & apud Hilarium Romanæ Eccleſiæ Diaconum (ſi is Commentariorum in B. Pauli epiſtolas, quæ inter Ambroſii opera leguntur, author ſit habendus)

[a] Ambroſ. in 2 Cor. cap. 11. [a] *Omnes Apoſtoli, exceptis Johanne & Paulo, uxores habuiſſe dicuntur.*

Sed viæ à Baronio præmonſtratæ inſiſtentes Johannes Maria Braſichellenſis, Pontificii Palatii Magiſter & (cujus ille in expurgandâ Bibliothecâ Patrum uſus eſt operâ) Thomas Maluenda, non *Pauli* tantùm ſed etiam *aliorum Apoſtolorum* mentionem è textu tollendam eſſe judicant. *Nam cùm Tertullianus* (inquiunt illi) *S. Hieronymus, & plerique veterum Patrum, Apoſtolos omnes, uno excepto Petro, cœlibes fuiſſe contendant: haud levis ſuſpicio eſt, Græculos, quò ſuo recentiori more de Preſbyteris conjugatis ſuppetias accerſerent, hunc locum S. Ignatii depravâſſe. Et verò de Pauli nomine certum eſt, à melioribus Græcis S. Ignatii exemplaribus abeſſe.* cujus tamen certitudinis non aliud argumentum proferunt, quàm Baronii Annales, ad quos nos remittunt: quum longè certius eſſe ego quidem mihi perſuadeam, non poſſe ab iſtis vel unum exemplar Græcum produci, *Petrum* inter conjugatos recenſens, quod non *Pauli* quoque nomen ſimul conjunctum habeat. Et quum in illis, de quibus tantopere gloriantur, *melioribus Græcis exemplaribus* mentionem aliorum Apoſtolorum haberi non negent: quâ fide & horum, non minùs quàm *Pauli*, nomen *è textu abradendum eſſe admonent?*

[a] In Indice expurgatorio, Romæ, an. 1607. & Bergomi an. 1608. edito: indeq; in Bibliothecâ Patrum, tomo 3. edit. Pariſ. an. 1610. & tom. 1. edit. Colon. ann. 1618.

Ab hâc tamen ſententiâ Martialis Mæſtræus ægrè ſe divelli patitur, & [b] *verba hæc* [Pauli & aliorum Apoſtolorum] *è textu, gravissimorum virorum judicio videri abradenda* rurſus hîc ſuggerit. tùm quòd *in pluribus exemplaribus, ut Hungarico quod in Bibliothecâ Regis Matthiæ Corvini aſſervatur, & Anglicano Malei Oxonienſis deſiderentur*: tùm quòd *Tertullianus lib. de Monogamiâ cap. 8. Hieronymus Epiſtolâ ad Ageruchiam, & multi alii Patres, Apoſtolos omnes, uno Petro excepto, cœlibes fuiſſe cenſeant.* qui in *Hungarico* illo codice, quaſi adhuc in Regis Matthiæ bibliothecâ aſſervaretur, eundem quem Baronius ſomnum dormiit: neque magis quàm ille novit Græcúſne fuerit an Latinus, & num *Pauli* aut *aliorum Apoſtolorum* inter conjugatos præterita tantùm in eo fuerit memoria, & non reliqua

[b] Meſtr. in epiſt. ad Philadelph. not. 7.

liqua quoque simul absuerint omnia quæ à nostro Latino non agnoscuntur Interprete, & Polycarpianæ Epistolarum Ignatianarum Syllogæ Justiniani demùm temporibus ab interpolatore fuisse adjecta nos facilè concedimus. Nam de *Anglicano* codice illo altero securum nos eum esse jubemus; & Latinum fuisse illum, & *Petri* tantùm, non (ut ille nobis persuadere volebat) *reliquorum Apostolorum* quoque desideratum in eo fuisse nomen. Ad quod inde expungendum, quid, quæso, momenti majoris affert *Tertulliani*, aut eum secuti [a] *Hieronymi*, de cœlibatu Apostolorum testimonium; quàm ad idem retinendum [b] *Clementis Alexandrini*, atque eum secuti [c] *Eusebii Cæsariensis*, de *Pauli* & aliorum Apostolorum conjugio prolata sententia? ipsius præsertim *Tertulliani* testificatione accedente; qui vel sub suâ, vel (quod plus ad authoritatem valet) sub Catholicorum (adversùs quos, factus jam Montanista, differit) personâ, [d] *licuisse, & Apostolis nubere, & uxores circumducere*, ex 1 Cor. ix. 9. disertè concludit: & de altero summorum etiam cœlibatûs defensorum clarâ confessione, [e] *neminem ignorare D. Hieronymum esse iniquiorem in nuptias, ac tantùm non illas damnare, quoties contra Jovinianum & Helvidium tuetur virginitatem ac continentiam.*

[a] Tertullian. de Monogomiâ, cap. 8.
[a] Hieron. adverſ. Jovinian. lib. 1.
[b] Clem. Strom. lib. 3.
[c] Euſ. b. hiſt. lib. 3. cap. 30. & cap. 24.
[d] Tertull. Exhort. Caſtitat. cap. 8.
[e] Richar. Smith. in lib. de votis Monaſticis.

Sed quid pluribus hîc opus? cùm negare non possit ipsa impudentia, tùm in aliis vetustis *Latinis* Ignatii exemplaribus, quæ in Bibliothecis extant, tùm in iis ex quibus vulgatæ editiones expressæ sunt, quas in ipso Papatu excusas nobis dederunt Faber Stapulensis, Judocus Clichtoveus, & Symphorianus Champerius, non alios modò *Apostolos*, sed etiam *Paulum* ipsum inter conjugatos recensèri. An *Latina* quoque exemplaria à recentioribus *Græcis* hîc corrupta dicet Baronius; ut *Paulum in defensionem sua ipsorum incontinentia possent habere consortem? An Novatores* (quos ille appellat) *ut quoquo modo sua ipsorum incontinentia Paulum cogerent adstipulari*, communicato cum vereratoribus Græcis consilio, antiqua exemplaria, in Bibliothecis etiam ipsorum monachorum & fratercolorum (qui conjugium ejurârunt) latentia, pariter depravârunt? An potiùs certissimum est hoc argumentum, veterem interpretem *Pauli* nomen, ita uti in Græco invenit, exhibuisse; deinde Romanensium quorundam fraude, in nonnullis

lis (sed rarioribus) versionis hujus apographis, fuisse prætermissum? præsertim, quum nullâ ratione fiat verisimile, eum qui *Pauli* discipulos *Timotheum* & *Titum* in cœlibum catalogo collocandos putavit, *Paulum* ipsum in eo censu fuisse prætermissurum, si uxorem eum nunquam habuisse existimâsset. quod tamen ex authoris sententiâ dictum accipi velim, non ex meâ; qui cœlibem vixisse *Paulum*, ex ipsius professione illâ satis persuasus sim: [1] *Volo omnes homines esse, sicut meipsum.* &, *Dico innuptis & viduis, bonum esse illis si sic permanserint, sicut & ego.*

[1] 1 Cor. 7. 7. 8.

CAP. XVIII.

De tertiâ Ignatianarum Epistolarum Collectione, sub finem sexti post Christum seculi editâ: quâ non nostrum solùm Latinum Interpretem, sed etiam Antiochum, Johannem Damascenum, & Antoninum monachum, usos fuisse ostenditur. unâ cum Isaaci Casauboni, & alterius magni viri, de Ignatianis epistolis judicio.

INterpolatæ Ignatianarum epistolarum Syllogæ, de quâ hactenùs egimus, successisse mox videtur, & altera illa, ex quâ sua transtulit Interpres noster: siquidem temperata, ut sex antiquæ epistolæ eodem in eâ retinerentur modo, quo in primævis Polycarpianæ Collectionis habebantur codicibus (cujus rei fidem nobis facit ea quam superiùs exhibuimus, nostri Interpretis cum *Ignatio* ab antiquioribus Patribus citato comparatio) quinque verò novitiæ, & inter eas epistola ad *Polycarpum* integra, ex recentiore assumerentur editione; sextâ, ad *Philippenses*, quòd ab Ignatii doctrinâ videretur fortassè alienior, prorsùs exclusâ. sicut in vetere vulgatâ versione, totam posteriorem partem epistolæ ad *Polycarpum*, velut adjectitiam, resectam fuisse arbitramur; quòd tam multa in eâ reperirentur, quæ ad Ecclesiam *Smyrnæorum* magis pertinebant, quàm ad illius Episcopum *Polycarpum*: ab illis videlicèt verbis nostri Interpretis; *Episcopo attendite, ut & Deus vobis*: ad quæ notula hæc à Scholiastâ est apposita. *Hîc convenit sermonem ad subditos Polycarpo, qui sunt in ipso capite corpus unum.*

Atque

Atque ut *secundam* illam Collectionem *Stephanum Gobarum* & *Constantinopolitani* scriptorem Chronici (quos nuperis additionibus in genuinas epistolas insultis usos fuisse [a] ostendi) & *Anastasium* Presbyterum (qui Eclogæ suæ χρόνων κ' ἀγωνισμῶν locum ex Ignatii ad *Philippenses* epistolâ desumptum inserit) ita *tertiam* hanc *Antiochum* monachum adhibuisse existimo, qui cùm sub *Heraclii* imperio claruerit, eâque ratione *Constantinopolitani* illius Chronographi æqualis fuerit: utramque editionem eo tempore prostitisse, adeoque postremam hanc haud longo interposito intervallo alteram illam fuisse subsecutam, inde consequitur, ut si una sub initium, hæc quoque sub *sexti* seculi prodiisse exitum, omninò dici posse videatur. Sicut autem inter *Ignatio* afficta scripta, utrâque parte epistolæ ad *Polycarpum* usum *Antiochum* fuisse invenio: ita in genuinis producendis, eam secutum fuisse editionem quæ à novis additionibus & mutationibus erat libera; ex sententiis Ignatianis in sermone CXXIIII ab ipso usurpatis, & cùm nostri Interpretis versione atque vulgatâ *Ignatii* lectione comparatis, jam libet ostendere.

[a] Suprà, cap. 6. pag. 33, 34.

Ex Ignatii epistolâ ad Trallianos.

Antiochus.

Δίον ὢν δεῖν αὐτοὺς φυλάσσεσθαι τὸ ἐγκλήμα τῶν ὡς πῦρ. ὁμοίως καὶ τοὺς ἐντρεπομένους τοὺς διακόνους ὡς Ἰησοῦν Χριστόν, καὶ τὸν ἐπίσκοπον ὡς Πατέρα, τοὺς δὲ πρεσβυτέρους ὡς συνέδριον Θεοῦ καὶ ὡς δεσμὸν Ἀποστόλων. χωρὶς τούτων ἐκκλησία οὐ καλεῖται.

Græcus Ignatii textus.

Δίον ὢν αὐτῶν τὰ ἐγκλήματα φυλάσσεσθαι, ὡς πῦρ φλέγον. Αὐτοὶ μὲν ὢν ἔστωσαν τοιοῦτοι. ὑμεῖς δὲ ἐντρέπεσθε αὐτοὺς ὡς Χριστὸν Ἰησοῦν, ὡς φυλακὴν οὖσι

Noster Ignatii Interpes.

Opportunum igitur vos observare accusationes, ut ignem. Similiter & omnes revereantur Diaconos ut mandatum Jesu Christi, & Episcopum ut Jesum Christum existentem filium Patris, Presbyteros autem ut concilium Dei & conjunctionem Apostolorum. Sine iis Ecclesia non vocatur.

Editio vulgata Latina.

Oportet ergo præcepta eorum observare, sicut ignem ardentem. Ipsi verò sint tales. Vos autem reveremini eos, tanquam Dominum Jesum Christum: quoniam custo-

τῷ νόμῳ. οὐδὲ χ̀ ὁ ἐπίσκοπος, τῷ πνεύματι τὸ ἴδιον τύπος ἐπαίρεται. εἰ δὲ ἀποδύεται δὲ συνέδριον Θεοῦ χ̀ σύνδεσμος ἀποστόλων ἐστίν. Χωρὶς τούτων ἐκλογὴ ἐκκλησία οὐκ ἔστιν, ἡ συναθροισμα ἁγίων, ἡ συναγωγὴ ὁσίων.

des sunt loci ejus; sicut Episcopus forma est Patris omnium. Presbyteri verò sicut consessus Dei & conjunctio Apostolorum Christi. Sine ipsis enim Ecclesia electa non est, neque collectio sanctorum, neque congregatio sancta.

Ex Epistolâ ad Philadelphenes.

Antiochum.

Μάρτυς μοί, ἐν ᾧ δέδεμαι, ὅτι ἀπὸ σαρκὸς ἀνθρωπίνης οὐκ ἔγνων. τὸ δὲ πνεῦμα ἐκήρυσσεν, λέγον τάδε. Χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου μηδὲν ποιεῖτε.

Græcus Ignatii textus.

Μάρτυς μοι, ὃν ἂν δέδεμαι, ὅτι ἀπὸ σόματος ἀνθρώπου οὐκ ἔγνων. τὸ δὲ πνεῦμα ἐκήρυξε μοι, λέγον τάδε. Χωρὶς ἐπισκόπου μηδὲν ποιεῖτε.

Noster Ignatii Interpres.

Testis autem mihi, in quo vinctus sum; quia à carne humanâ non cognovi. Spiritus autem prædicavit dicens hæc. Sine Episcopo nihil faciatis.

Editio vulgata Latina.

Testis est mihi, propter quem vinctus sum, quia de ore humano hoc non cognovi. Sed spiritus mihi præconisavit, dicens hæc. Præter Episcopum ne feceritis.

Ex epistolâ ad Smyrnæos.

Antiochum.

Ὅπου ἂν φανῇ ἐπίσκοπος, ἐκεῖ τὸ πλῆθος ἔστω· ὥσπερ ἔστιν ἂν ὀνομάσῃ Χριστὸς Ἰησοῦς, ἐκεῖ ἡ καθολικὴ ἐκκλησία ὑποστήσεται. Οὐκ ἐξὸν ἐστὶν οὔτε χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου, οὔτε [a] βαπτίζειν, (ita enim legendum) οὔτε ἀγάπην ποιεῖν, ἀλλ' ὃ ἂν ἐκεῖνος δοκιμάσῃ, τοῦτο χ̀ Θεῷ εὐάρεστον.

[a] Ita ex MS. legendum, non ut in edito, βαπτίζων.

Græcus Ignatii textus.

Ὅπου ἂν φανῇ ὁ ἐπίσκοπος, ἐκεῖ τὸ πλῆθος ἔστω· ὥσπερ ἔστιν

Noster Ignatii Interpres.

Ubi utique apparet Episcopus, illic multitudo sit: quemadmodum ubi utique est Christus Jesus, illic Catholica Ecclesia. Non licitum est sine Episcopo, neque baptizare, neque agapen facere: sed quod utique ille probaverit, hoc est Deo beneplacitum.

Editio vulgata Latina.

Ubi Episcopus præsens fuerit, illuc & plebs congregetur: sicuti

&

ὁ χειρὸς, πᾶσα ἡ ἐμφύτος στρατιὰ παρέστηκεν, οἱ ἀρχιστρατήγοι τῶν δυνάμεων Κυρίου, καὶ διακονικὴ πᾶσα νοητὴ φύσις. Οὐκ ἐξὸν δὲ χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου, ὔτε βαπτίζειν, ὔτε προσφέρειν, ὔτε θυσίαν παρασκευάζειν, ὔτε δεῖπνον ποιεῖν· ἀλλ' ὃ ἂν ἐκείνῳ δόκῃ, καὶ εὐάρεστον Θεῷ.

& ubi Christus est, omnis militia cœlestis adest tanquam principi militiæ virtutis Domini; & ipse est dispensator totius intelligibilis creaturæ. **Propterea non licet sine Episcopo** neque offerre, neque sacrificium immolare, **neque missas celebrare: sed si ei visum fuerit, secundùm beneplacitum Dei,** [tunc demùm tutum & firmum erit.]

Ex eâdem.

Antiochus.

Ὁ τὸν ἐπίσκοπον τιμῶν, ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τετίμηται. ὁ λάθρα ἐπισκόπου τι πράσσων, τῷ διαβόλῳ λατρεύει.

Noster Ignatii Interpres.

Honorans Episcopum, à Deo honoratus est. Qui occultans ab Episcopo aliquid operatur, Diabolo præstat obsequium.

[c] Ita 2. Bibliothecæ Oxoniensis MSS. ubi impressus habet τιμᾶται.

Græcus Ignatii textus.

Ὁ τιμῶν ἐπίσκοπον, ὑπὸ Θεοῦ τιμηθήσεται· ὥσπερ ἓν ὁ ἀτιμάζων αὐτὸν, ὑπὸ Θεοῦ κολασθήσεται *. εἰ γὰρ ὁ βασιλεῦσιν ἐπαναστὰς ἔνοχος, κολάσεως ἄξιος δικαίως γενήσεται, ὃς γε παρανόμων πρᾶξιν ποιεῖται· πῶς δικαίως χάριτος ἀξιωθήσεται πρωτείας, ὁ ἄνευ ἐπισκόπου τι ποιεῖν προαιρούμενος, καὶ τῶν ὁμονοίαν διαπόντων, καὶ τῶν εὐταξίαν συγχεόντων; ἱερωσύνη γάρ ἐστι, τὸ πάντων ἀγαθῶν ἐν ἀνθρώποις ἀναβιβικός· ἧς ὁ καταμανεὶς, οὐκ ἄνθρωπον ἀτιμάζει, ἀλλὰ Θεὸν, καὶ χειρὸν Ἰησοῦν τὸν παντόκτιστον καὶ μόνον τῇ φύσει τοῦ Πατρὸς ἀρχιερέα.

Editio vulgata Latina.

Qui honoraverit Episcopum, à Deo honorabitur: & qui dehonoraverit eum, à Deo damnabitur. Si enim quis contra Regem insurgens damnatione dignus est: quomodo ille ultionem evadere poterit, qui præter Episcopum aliquid egerit? Sacerdotium enim summa est omnium bonorum quæ in hominibus constant: quod si quis dehonoraverit, Deum dehonorat, & Dominum Jesum Christum, primogenitum totius creaturæ, & solum naturâ principem sacerdotum Dei.

* Vid. supr. cap. 10. pag. 71 n 3.

A *Johanne* quoque *Damasceno*, Parallelor. lib. 2. cap. 25. ex epistolâ ad *Smyrnæos* producuntur ista. *Facite omnes ut Episcopum sequamini, quemadmodum Christus Patrem: Presbyterorum chorum, ut Apostolos. Diaconos autem vereamini, ut sa-*

ὡς ac Dei mandatum. quomodo & in nostro leguntur Interprete. *Omnes Episcopum sequamini, ut Jesus Christus Patrem; & Presbyterium, ut Apostolos. Diaconos autem revereamini, ut Dei mandatum.* omisso postremo illo miniatulo vocabulo, quod in vulgatis tùm Græcis tùm Latinis codicibus interpolator necessariò putabat fuisse adjiciendum. *Πάντες τὸν ἐπίσκοπον ἀκολουθεῖτε, ὡς ὁ Χριστὸς Ἰησοῦς τῷ Πατρί· καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ δὲ, ὡς τοῖς ἀποστόλοις. τοὺς δὲ διακόνους ἐντρέπεσθε, ὡς Θεοῦ ἐντολήν· διακονοῦντες* sicut mandato Dei ministrantes.

Quæ sequuntur etiam ibidem apud *Damascenum*, eodem ferè quo apud *Antiochum* & Interpretem nostrum leguntur modo. *Ubi Episcopus apparuerit, illic vulgus sit: quemadmodum ubi est Christus, illic etiam Catholica Ecclesia est. Citra Episcopum nec baptizare, nec synaxin facere licet: sed quod ille probaverit, hoc Deo quoque gratum est. Qui Episcopum honorificit, is à Deo honoratur: qui clam Episcopo aliquid facit, hic Diaboli cultor est.* Apud eundem lib. 3°. cap. 94. ex *Ignatio* proferuntur ista quoque. *Nemo vestrûm adversùs proximum quicquam habeat. Ne occasionem Gentibus detis: ne paucorum stultorum culpâ fiat, ut multitudo sancta ac divinâ quâdam virtute pradita maledictis impetatur.* quæ à [d] *P. Halloixio* apud *Ignatium* non reperta, in epistolâ ad *Trallianos* à nostro Interprete in eandem sententiam ita habentur expressa. *Nullus vestrûm adversùs proximum aliquid habeat. Non occasiones detis Gentibus: ut non propter paucos insipientes ea quæ in Deo multitudo blasphemetur.* quum nostri *Ignatiani* codices locum ita interpolatum nobis exhibeant.

[d] Halloix. Apolog. pro script. Ignatii, fin. cap. 7.

Editio vulgata Græca.	*Editio vulgata Latina.*
Μηδεὶς οὖν ὑμῶν κατὰ τοῦ πλησίον ἐχέτω. ἄφετε οὖν, φησὶν ὁ Κύριος, καὶ ἀφεθήσεται ὑμῖν. Μὴ ἀφορμὰς δίδοτε τοῖς ἔθνεσι· ἵνα μὴ ὀλίγων τινῶν ἀφρόνων ὄντων ὁ λόγος τῆς διδασκαλίας βλασφημῆται.	Nemo ergo vestrûm adversùs proximum aliquid habeat: dicente Domino; Dimittite, & dimittetur vobis. Nolite occasionem dare Gentibus: ne propter aliquos paucos insipientes verbum Domini & doctrina blasphemetur.

Ejusdem *Damasceni* Parallel. lib. 2. cap. 18. inserta habetur hæc ex *Ignatio* sententia. *Pace nihil est præstantius, in quâ*

quâ bellum omne aboletur. uti etiam *Antonii* monachi Melissæ, lib. 2. serm. 67. Οὐδὲν δεῖν ἄμεινον εἰρήνης, ἐν ᾗ πᾶς ὁ πόλεμος καταλύεται. quæ à nostro Interprete similiter est expressa: *Nihil est melius pace, in quâ omne bellum evacuatur.* quum vulgata Ignatiana interpolatum locum ita nobis exhibeant: Οὐδὲν ἄμεινον τῆς κατὰ Χριστὸν εἰρήνης, ἐν ᾗ πᾶς πόλεμος καταργεῖται. ut scilicèt ad spiritualem pacem ista spectare intelligerentur; juxta antithesim quæ sequitur *belli, aëreaque & cœlestium terrestriumque*, noster habet interpres, substantivo prætermisso) quam ab *Antonio* & *Damasceno* adjectam non fuisse credibile est, ut latiùs pateret sententia & γνώμη eâ ratione fieret universalior.

Huic affine & illud est, in *Damasceni* Parallel. lib. 3. cap. 30. & *Antonii* Melissâ, lib. 2. serm. 84. Χρῄζω οὖν σφυρήτου, ἐν ᾗ καταλύεται ὁ ἄρχων τοῦ αἰῶνος τούτου διάβολος. *Mansuetudine opus habeo, per quam princeps hujus seculi Diabolus evertitur.* quod in Epistolâ ad *Trallianos* adhuc legitur, & à nostro Interprete ita est redditum; *Indigeo igitur mansuetudine, in quâ dissolvitur Princeps seculi hujus*: nomine *Diaboli*, ut videtur, quòd ex descriptione appositâ satis notum esset, prætermisso. Neque enim aliâ editione usos istos fuisse crediderim, quàm eâ quæ à recentioribus additionibus erat libera, qualem & noster secutus est Interpres. Quod ut de *Damasceno* loca illa ex epistolâ ad *Smyrnæos* producta planè evincunt: ita & de *Antonio*, testimonium hoc ex epistolâ ad *Ephesios* ab eo, Melissæ, lib. 2. serm. 3. citatum, & cum nostro Interprete ac vulgatis Ignatianis comparatum, satis comprobabit.

Antonius.	*Noster Interpres.*
Σπουδάσωμεν μὴ ἀντιστῆναι τῷ ἐπισκόπῳ, ἵνα ὦμεν Θεῷ ὑποτασσόμενοι· καὶ ὅσον βλέπωμεν σιγῶντα τὸν ἐπίσκοπον, πλέον αὐτὸν φοβῶμεθα. πάντα γὰρ ὃν πέμπει ὁ οἰκοδεσπότης εἰς ἰδίαν οἰκονομίαν, οὕτως δεῖ ὑμᾶς αὐτὸν δέχεσθαι, ὡς αὐτὸν τὸν πέμποντα. Τὸν οὖν ἐπίσκοπον, ὡς αὐτὸν τὸν Κύριον δεῖ σκοπεῖν.	Festinemus igitur non resistere Episcopo; ut simus Deo subjecti. Et quantum videt quis tacentem Episcopum, plus timeat. Omnem enim quem mittit Dominus domus in propriam dispensationem, sic oportet nos ipsum recipere, ut ipsum mittentem. Episcopum igitur manifestum quoniam ut ipsum Dominum oportet respicere.

Græcum Ignatii textum.

Σπουδάσατε, ἀγαπητοὶ, ὑποτάσσεσθαι τῷ ἐπισκόπῳ, καὶ τοῖς πρεσβυτέροις, καὶ τοῖς διακόνοις. ὁ μὲν γὰρ τούτοις ὑποτασσόμενος, ὑποτάσσει Χριστῷ τῷ προσφερομένῳ αὐτὸς· ὁ δὲ ἀπειθῶν αὐτοῖς, ἀπειθεῖ Χριστῷ Ἰησοῦ. ὁ δὲ ἀπειθῶν τῷ ἐπῷ, οὐκ ὄψεται τὴν ζωὴν, ἀλλὰ ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ μένει ἐπ' αὐτόν· οὐδαμῶς γὰρ δεῖ καὶ ὑπόκρισις, ὑφήρηται, ὁ μὴ πειθαρχῶν τοῖς κρείττοσιν. Ὑπερηφάνοις δὲ, φησὶν, ὁ Θεὸς ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν. καὶ, Ὑπερήφανοι παρηνόμησαν ἕως σφόδρα. Λέγει δὲ καὶ ὁ Κύριος περὶ τῶν ἱερέων, Ὁ ὑμῶν ἀκούων, ἐμοῦ ἀκούει· καὶ ὁ ἐμοῦ ἀκούων, ἀκούει τοῦ πέμψαντός με Πατρός· ὁ ὑμᾶς ἀθετῶν, ἐμὲ ἀθετεῖ· ὁ δὲ ἐμὲ ἀθετῶν, ἀθετεῖ τὸν πέμψαντά με. Ὅσον οὖν βλέπετε σιωπῶντα τὸν ἐπίσκοπον, πλεῖον αὐτὸν φοβεῖσθε· πάντα γὰρ ὃν πέμπει ὁ οἰκοδεσπότης εἰς ἰδίαν οἰκονομίαν, οὕτως αὐτὸν δεῖ ἡμᾶς δέχεσθαι, ὡς αὐτὸν τὸν πέμψαντα. Τὸν οὖν ἐπίσκοπον, δῆλον ὅτι εἰς αὐτὸν τὸν Κύριον δεῖ προσβλέπειν, τὸν Κυρίῳ παρεῖντα.

Editio vulgata Latina.

Festinate ergo, dilectissimi, subditi esse Episcopo, & Presbyteris, & Diaconis. Qui enim istis subditus fuerit, Christo obedit qui eis hoc concessit. Qui verò eis non consenserit, Jesu Christo non consentit. Qui autem Filio non consenserit, non videbit vitam, sed ira Dei manebit super eum. Hujusmodi ergo temerarius est, horribilis & superbus, qui non est subditus potioribus. Superbis enim, inquit, Deus resistit; humilibus autem dat gratiam. Et iterùm; Superbi iniquè gesserunt usque valdè. Dicit etiam Dominus sacerdotibus. Qui enim vos audierit, me audit; & qui me audierit, audit illum qui me misit: & qui vos spernit, me spernit; qui autem me spernit, spernit eum qui me misit. Quando ergo videtis tacere Episcopum, plus eum timete. Omnem itaque quem mittit paterfamilias pro suâ dispensatione, sic nos oportet suscipere, quemadmodum ipsum qui mittit. Ergo Episcopum manifestè sicut ipsum Dominum oportet contemplari, Domino assistentem.

Quum autem eodem cum interprete nostro *Ignatii* codice *Damascenum* & *Antoninum* usos fuisse dico, qui novi nimirùm interpolatoris manum non sit expertus: de primis illorum editionibus intelligi volo. Cujusmodi in *Antonio* Tigurina est, anno 1546. à *Conrado Gesnero* procurata: in quâ omninò non habetur, quod in posteriore *Frontonis Ducæi* editione ex *Ignatii* epistolâ

epistolâ ad *Philadelphenos* est additum, &, quòd à nostro non agnosceretur Interprete, miniatis literis ibidem à nobis est signatum[a]. *Si quis corruptionem & coinquinationem vocat legitimam commixtionem & filiorum procreationem, aut aliquam escam execrabilem putat; hujusmodi habet cohabitatorem Draconem apostatam.* in *Damasceno* verò, Parisiensis *Jacobi Billii*: quæ nullibi illam sententiam nobis exhibet, quam sub *S. Ignatii* nomine ab eo citatam, lib. 3. Parallelorum, cap. 64. affirmat [b] *Petrus Halloixius*. Μὴ ἀλειφέσθω δυσωδίαν, διδασκαλίαν τ' αἰῶνος τούτου, ἡ ἀξία τ' Θεοῦ ἐκκλησία· μὴ αἰχμαλωτισθῇ ὑπὸ τῆς πανουργίας αὐτῆς, ὡς ἡ πρώτη γυνή. *Non ungatur tetro odore, doctrinâ hujus seculi, sancta Dei Ecclesia: ne captivetur ab ejus astutiâ, ut prima mulier.*

[a] Anton. Melissa, part. 1. serm. 14. tom. 3. Bibliothec. Patr. edit. Paris. ann. 1589.

[b] Halloix. ut suprà.

Hæc à libris nostris abesse putabat *Halloixius*; quum in epistolâ ad *Ephesios* adhuc extent: ut tùm in *Dilinganâ*, tùm in *Antuerpianis* & *Parisiensibus* omnibus impressionibus videre poterat. pro quibus tamen noster Interpres, quem antiquiore codice Ignatiano usum fuisse dicimus, ista substituit. *Non ungamini fœtore doctrinæ Principis seculi hujus: non captivet vos ex præsenti unire* vel *unione*. Cujus cum *Damasceno* consensum, Parallelorum illorum objectâ authoritate convelli omninò non concesserit, qui & hanc communem hujusmodi Florilegiorum sortem esse consideraverit, ut novis accessionibus subinde crescant, multáque à posterioribus adjecta habeant quæ à primis Collectoribus neutiquàm sunt profecta; & hæc ipsa *Damasceni* Parallela, in MS. Cardinalis *Rupifocaldi* exemplari (ex quo ista *Halloixio* à *Jacobo Sirmondo* submissa fuisse non dubito) quàm in Cardinalis *Caraffæ* MS. altero, quod *Billius* est secutus, hoc in genere plurimis in locis auctiora inveniri, intellexerit.

* *Catena ipsius in Matthæum pars prima finita notatur* (in Oxoniensi Bibliotheca MS.) *mensi Decembri die 22. Indictione 13. anno* 6853. *feriâ 4.* h. e. *anno Christi*, 1345.

Damasceno & *Antonio*, ex recentioribus quoque Græcis, * *Macarium Chrysocephalum* Philadelphenum possumus adjungere: qui, ex *Ignatii* ad Ephesios epistolâ, suæ in Lucæ Evangelium Catenæ sententiam illam inserens, Ἔχνυσθε, καὶ ἀλιφήσθω, ἵνα τὸ ὄνομα ὑμῶν καθαρισθῇ (quomodo & *Theodoretum* legisse[f] ostendimus) antiquâ epistolæ hujus editione usum se fuisse indicat, non nostrâ vulgatâ, quæ hîc habet. Ἔχνυσθε, καὶ ἀλιφήσθω ὑπὸ ὀσμήν, ἵνα μηποιήσητε τὴν ὑπόταξιν τὴν ἐγχριδίσσουσαν τῇ πλησίον.

[f] Suprà, cap. 40. pag. 19. & cap. 11. pag. 789.

Quæ

Quæ verò de duodecim *Ignatii* epistolis, uti hodie Græcè vulgatæ extant, à nobis hucusque sunt disputata, clarissimi *Casauboni* judicio planè sunt conformia: qui, ut in editis Exercitationibus [a] *nonnullarum ex illis antiquitatem novis rationibus tuiturum* se promisit, *si Deo placuisset*: ita & alibi de multis quæ in iis *suspecta* ipsi videbantur, Lectorem pariter monere proposuerat. Sic enim ille, in Adversariis; quorum participem me fecit *D. Mericus Casaubonus*, non indignus tanto patre filius. *Cùm omnia repeto vetustatis Ecclesiastica monumenta; nihil omninò invenio, in quo tantam fiduciam ponant oi ἐξ ἐναντίας, atque in Ignatii epistolis. Nam Baronius singulis ferè paginis tomi primi, ad firmandas traditiones & ἀδιάφορα & τὰ μέσα Epistolas illas laudat. Tomo autem secundo, in An. Chr.* CIX. *fatetur, multisque disputat, hanc esse arcem Pontificia doctrinæ, hoc maximè præsidio illam stare: & sapissimè ait, nondùm repertum esse quenquam, qui illas in dubium vocaret. Mihi olim illas percurrenti multa videbantur suspecta: de quibus hîc paullò accuratiùs.*

[a] Casaub. Exercit. 16. adversus. Baron. §. 150.

Neque aliam opinor esse sententiam eruditissimi illius viri [b], qui constare sibi ait, *omnes illas Ignatii Epistolas supposititias esse, vel certè multis locis interpolatas.* Cui censuræ & nos non inviti subscribimus: ut qui earum sex *Ignatio* suppositas, sex autem reliquas in locis quamplurimis interpolatas fuisse, compertum habeamus. Neque quicquam gravioris alicujus momenti est, vel ab eo vel ab aliis adhuc objectum; quod non aut in commentitias istas, aut in centones ab interpolatore genuinis epistolis intersertos, recidere observaverimus. Nam quod addit vir doctissimus, *Epistolas illas natas & suppositas videri circa initium aut medium secundi seculi, quo tempore primus singularis Episcopatus supra Presbyteratum introductus fuerit*: non attentè satis consideraverat, Epistolas illas, quas in extremo itinere scripsisse *Ignatium*, quum Romam properaret ad martyrium, testantur Veteres, esse illius non potuisse, nisi *circa initium secundi seculi* fuissent exaratæ. Eo autem tempore *discrimen illud Presbyterorum & Episcopi* in Ecclesiâ extitisse, ingenuè agnoscit (qui Epistolas hasce Ignatianas partim suppositicias, partim multis in locis interpolatas, juxtâ cum nostro sensit;) nec minùs quàm ille Episcoporum & Presbyterorum

[b] Walo Messalin. de Episcop. & Presbyter. Dissertat. cap. 4. pag. 252.

ἱππμία favit) nuper in *Genevenſi* Academiâ Profeſſor & Verbi Divini in eâdem Eccleſiâ miniſter, [m] *Nicolaus Vedelius.*

Et licèt *Humanum* hunc Epiſcopatum *Theodoro Bezæ* appellare libuit; ad eum tamen pertinere fatetur, [n] *quæcunque de Epiſcoporum ſive θεσπότων (ut loquitur Juſtinus) authoritate, apud Ignatium & alios vetuſtiores Scriptores habentur.* Et cui hominum generi Epiſcopatus ille originem ſuam debeat; in epiſtolâ ad Dracontium epiſcopatum fugientem, magnus Bezam docebit Athanaſius. εἰ μὴ δοκησάντων ἡ διάταξις ὑπ' ἀρίσκει σοι, ἀλλ' νομίζεις τὸ τῆς ἐπισκοπῆς λειτούργημα μισθὸν ἔχειν, ἀλλὰ καταφρονεῖν τῶν τοῦτο διαταξαμένων Σωτῆρος πειθόμενος σεαυτὸν. Ἀλλὰ μὴ τοιοῦτο λογίζου, μηδὲ ἀνέχου περὶ τούτου συμβουλεύοντων. οὐ γὰρ ἄξια δέχεσθαι τούτου· ἃ γὰρ ὁ Κύριος διὰ τῶν Ἀποστόλων πεπύστευκε, ταῦτα καλὰ καὶ βέβαια μένει. *Si ordinatio Eccleſiarum tibi non placet, aut nullam omninò mercedem Epiſcopi functioni deſtinatam arbitraris; Servatorísque, qui eam ita inſtituit, contemptorem te facis: oro te, ne iſtiuſmodi quid in mentem admittas, neque authores iſtiuſmodi conſiliorum ſuſtineas. Non enim iſta digna ſunt Dracontio. Nam quæ Dominus per Apoſtolos inſtituit, ea & bona ſunt, & firma perſiſtunt.* Quæ lucem præferunt *Clementis* Romani, Apoſtolorum diſcipuli, verbis illis in epiſtolâ ad Corinthios. (editionis Junianæ pag. 57.) Οἱ Ἀπόστολοι ἡμῶν ἔγνωσαν διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅτι ἔρις ἔσται ἐπὶ τῷ ὀνόματι τῆς ἐπισκοπῆς· διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν, πρόγνωσιν εἰληφότες τελείαν, κατέστησαν τοὺς προειρημένους, καὶ μεταξὺ * ἐπινομὴν δεδώκασιν, ὅπως ἐὰν κοιμηθῶσιν, διαδέξωνται ἕτεροι δεδοκιμασμένοι ἄνδρες τὴν λειτουργίαν αὐτῶν. *Apoſtoli noſtri per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum cognoverunt, contentionem de nomine Epiſcopatûs oboriturum: atque ob hanc cauſam, perfectâ præſcientiâ præditi, conſtituerunt prædictos; eumque ordinem deinceps præſcripſerunt, ut in defunctorum locum alii viri probati ſuccedere, & illorum munia exequi poſſent.* W

In *Epheſinâ* certè Eccleſiâ, ipſis Apoſtolis adhuc ſuperſtitibus, & plures fuiſſe [o] Presbyteros, & præſediſſe eis unum, quem Eccleſiæ illius *Angelum* [p] Servator, *Epiſcopum* primitivæ Eccleſiæ Patres (in quibus primas tenet Ignatius) appellârunt; jamdudùm à [q] *Jo. Rainoldo* noſtro eſt obſervatum. Scio quidem, à doctiſſimo illo [r] de quo dictum eſt viro, ut meliorem hîc præferri interpretationem, quam *Arethas Epiſcopus Cæſareæ Cappadociæ*

m Vedel. Exercitat. 3. in Ignat. epiſt. ad Philadelph. cap. 14.

n Bez. libell. de triplici Epiſcopatu.

* ἐπιμονὴν D. Petrus Turnerus hîc legit; ut *continuatio* Epiſcopatus ab Apoſtolis ſtabilita ſignificetur: quod Athanaſiano illi, καὶ βέβαια μένει, benè reſpondet.

o Act. 20. 17.

p Apocal. 2. 1.

q Rainold. Collat. cum Harto, cap. 8. diviſ. 3.

r Wal. Meſſalin. pag. 183, 184.

padocia ex Andreâ ejusdem civitatis Episcopo, qui commentarios in Apocalypsin scripserat, observavit: cæteque illi *hoc fixum, per Angelos urbium nihil aliud voluisse Johannem designari nisi ipsas Ecclesias.* Sed præterquàm quòd apud primarium authorem *Andream* expositio ista nusquàm compareat; sacræ Scripturæ contextui manifestè ea repugnare deprehenditur: in quo apertissimè, & per typos & per expressa verba, ipsi *Angeli* distinguuntur ab *Ecclesiis* quarum fuerunt angeli. Nam & typorum declaratio in fine capituli primi Apocalypseos ita est declarata: *Septem stellæ, Angeli sunt septem Ecclesiarum; & candelabra septem, septem Ecclesiæ sunt.* & inscriptio epistolæ ad *Ephesios*, in ipso sequentis capitis initio, statim est subjuncta. *Et angelo Ecclesiæ Ephesi scribe: Hæc dicit qui tenet septem stellas in dexterâ suâ, qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorum.* ubi ut *stellas* à *candelabris*, ita *Angelos* ab ipsis *Ecclesiis* clarè distingui nemo non videt: nisi forte *Angelos septem Ecclesiarum* etiam *Ecclesias septem Ecclesiarum* commodè dici posse, persuaderi sibi patiatur.

Ut igitur totum hoc negotium tandem aliquando finiamus: quod olim de libro, qui *Prædicatio Petri* inscriptus est, disquirendum [s] *Origenes* proposuit, *sit nécne genuinus liber, an nothus, an mixtus*: idem de Græcis quæ circumferuntur *Ignatii* Epistolis hodie si quæratur; omninò respondendum esse concludimus, earum sex *nothas*, totidem alias *mixtas*, nullas omni ex parte sinceras esse habendas & *genuinas*.

s Origen. in Johan. tom. 14.

CAP. XIX.

De duobus antiquis Latinis Ignatii interpretibus; & diverso Epistolarum in eis ordine. De Latinis ad Johannem Apostolum & Beatam Virginem Epistolis, Ignatio absque omni verisimilitudinis colore affictis, diserepantes scriptorum Pontificiorum sententiæ.

VEreres interpretationes, quæ verbum è verbo reddunt (a quod Græci ξυ πρὸς λέξιν dicunt) antiquorum exemplarium vicem obtinere, & ad textûs originalis vitia sananda

a C. de vet. jur. enucl. l. 2. §. ult.

nanda prudenter adhiberi posse, inter alios peritissimos criticos, ita nos edocuit *Jacobus Billius* [b]. *Cùm Græcum aliquem Authorem in manus sumo, eúmque multis mendis deformatum esse comperio; Αὐτὸς ἐφ', ut dici solet, hic mihi πλοῦς esse solet, ut si editione Græcâ vetustiorem, ac verbum verbo studiosè reddentem interpretationem alicunde nanciscì queam, hanc consulam. Nam quæ ejusmodi est, eam pluribus etiam Græcis exemplaribus antepono; ut quæ persæpe ex uno, eodémque non satis emendato libro transcripta sint.* Quæ etiam [c] *Antonium Contium* & *Ludovicum Charondam* causa movit ut, sepositâ elegantiore *Gregorii Haloandri* versione, rudiorem veteris vulgaris Interpretis translationem, Græco Novellarum *Justiniani* textui appositam, publicandam putarent.

[b] Jac. Bill. Observation. sacrar. lib. 1. c. 30.

[c] Vid. Contii & Charondæ Præfationes in Lib. *Novellarum*. Jo. Leunclav. Notator. lib. 2. cap. 244. & Alberic. Gentil, de libris Juris Civilis, c. 7.

Atque horum ego exemplo duarum Latinarum veterum Ignatii interpretationum curam aliquam, in tantâ Græcorum exemplarium raritate, suscipiendam esse duxi: tùm *vulgatæ*, Græco interpolato textui ferè respondentis, ideoque simul cum illo hîc excusæ; tùm alterius hucusque *ineditæ*, antiquorum Patrum citationibus magis consonæ. quanquam in utrâque locum habere non diffitear, quam de priore dedit censuram *Nicolaus Nancelius*, in librorum abs se scriptorum Catalogo. *De veteri Latino Ignatio sic habe: pleraque adjecta aut falsa, aut suspecta, quæ Græci codicis & rei veritas improbat.*

In priori illâ versione idem Epistolarum retentus est ordo, qui in Græcis vulgatis, ex quibus ea est expressa.

I. Ad *Mariam Cassobolitam* (sive *Castabalitam*:) cui in Græco Augustano MS° præfixa fuit & ipsius *Mariæ* nomine ad *Ignatium* scripta epistola.
II. Ad *Trallianos*.
III. Ad *Magnesianos*.
IV. Ad *Tarsenses*.
V. Ad *Philippenses*.
VI. Ad *Philadelphenses*.
VII. Ad *Smyrnenses*.
VIII. Ad *Polycarpum*.
IX. Ad *Antiochenses*.
X. Ad *Heronem*.
XI. Ad *Ephesios*.
XII. Ad *Romanos*.

Locum epistolæ ad *Ephesios*, de Episcopo ipsorum *Onesimo*, Latinitate donatum juxta hujus interpretis verba, ab *Adone in 14 Matthæi caput* [illegible] expressum, in orâ sui libelli *Nicolaum Fabrum* annotavisse [d] *Maestram* retulit. Ubi, quod suâ manu doctissimus *Faber* sine dubio scripserat, in 14. *Cal. Mart.* exscriptor imperitus *in 14. cap. Matt.* transmutavit. Reverâ enim ab Adone, in libello de festivitatibus Apostolorum, *ad 14. Calend. Martii*, locum hunc *Ignatii* ita citatum invenimus. *Quoniam ergo suscepi multitudinem vestram in nomine Domini in Onesimo, dilecto præceptore nostro, vestro autem Episcopo; obsecro eum secundùm Jesum Christum diligere vos, & vos omnes in concordiâ ejus in ipso esse. Benedictus enim Deus qui vobis talibus talem Episcopum donavit habere in Christo.* Quæ omnia in vetere nostrâ interpretatione eodem modo leguntur: nisi quòd libri editi vitiosè hic legant; *Suscepi multitudinem in nomine Domini Christi in Onesimo dilecto scriptore nostro.* Ex quâ quoque interpretatione, in eodem Adonis libello (*Pridie Nonas Maii*) citatur & alter hic locus epistolæ Ignatii ad Antiochenos. *Pauli & Petri facti (sancti* perperam hîc legit vulgata editio*) estis discipuli: nolite perdere depositum, quod vobis commendaverunt. Mementote dignè beatissimi Enodii, pastoris vestri, qui primus vobis ab Apostolis Antistes ordinatus est. Non confundamus patrem, sed efficiamur certi filii & non adulterini.*

[d] Maestr. in epist. ad Ephes. not. 4.

Verùm quis *Ado* iste fuerit, & quâ ætate vixerit, non est à *Maestrao* satis explicatum. Nam quod hîc annum Christi 637. & alibi 537. illi assignat, tam ineptum est, ut non ipsi sed operarum incuriæ errorem hunc tribuendum existimem. Ad annum 879. Chronicon suum perduxit Viennensis *Ado*: & [e] ab anno 875. ad 891. in Ecclesiâ illâ sedit Archiepiscopus. Huic Martyrologium hoc adscribitur in barbarâ illâ annotatiunculâ, quam codici MS^o Euerbodiensis Abbatiæ juxta Sichemium præfixam reperit Heribertus Rosweydus. *Ado Viennensis Archiepiscopus quasi epilogatum compilavit, incipiens à festivitatibus Apostolorum, aut discipulorum, aut successorum eorum.* At Aloysius Lipomanus & Jacobus Mosander in suis vetustis exemplaribus *Adonem Trevirensem Archiepiscopum* authorem Martyrologii invenerunt, eundémque cum cum *Odone* vel *Udone* illo

[e] Jo. Chenu in Episcoporum Galliæ Chronologiâ; & Andr. Fremyor. in Galliâ Christianâ.

illo fuisse existimârunt, qui circa annum 1076. à Gregorio VII. legatus à latere constitutus est, ut unâ cum duobus collegis litem inter Henricum IV. & Rodolphum Sueviæ ducem, de Imperio contendentes, componeret. quorum sententiam in suâ de Romano Martyrologio Diatribâ, cap. 9. sequitur etiam Baronius: licèt prior illa, ut veritati magis consentanea, præferenda omninò esse videatur.

Veterem quoque suum Ignatii Manuscriptum Interpretem *Adone Viennensi antiquiorem* fuisse retulit D. *Montacutius*, Norwicensis nuper Episcopus: eundem illum fuisse existimans, de quo *Mastrius* egerat. Verùm alter hic fuit Interpres, à nobis nunc primùm in lucem editus; collato illius exemplari cum alio Cantabrigiensi, *donato* (ut libri initio est annotatum) *communi librariæ Sociorum Collegii Annunciationis B. Mariæ in Cantabrigiâ, per Magistrum Walterum Brome Sacræ Theologiæ Professorem, quondam Socium ejusdem Collegii, anno Domini* MCCCCXLIIII. *in festo S. Hugonis.* Hoc autem ordine, in utróque codice, dispositæ sunt Epistolæ; eâ quæ ad *Philippenses* est utrobique omissâ.

I. Ad *Smyrnenses.*
II. Ad *Polycarpum.*
III. Ad *Ephesios.*
IV. Ad *Magnesios.*
V. Ad *Philadelphicos.*
VI. Ad *Trallesios.*
VII. Mariæ, proselytæ Chassaobolorum, ad *Ignatium.*
VIII. Ignatii, ad *Mariam* proselytam.
IX. Ad *Tarsenses.*
X. Ad *Antiochenos.*
XI. Ad *Heronem.*
XII. Ad *Romanos.*

quæ postrema epistola *Martyrio S. Ignatii* habetur hîc insertar ad quam & *Robertum Lincolniensem* respexisse observo, quum Ignatium ait: *ita vehementer amavisse Christum, quòd optavit etiam tradi malis punitionibus Diaboli, ut ipso frueretur.* Quod enim in Græco legitur, Κλαυσω διαβόλω ἐπ' ἐμὲ ἐρχόμενον (vel, ut pluraliter est ab *Eusebio* citatum, κλαύσωσι τῷ διαβόλῳ εἰς ἐμὲ ἐρχόμενον) μόνον ἵνα Θεοῦ ἅπτωμαι, ab hoc Interprete Latinè ita

f Rich. Montacut. Origin. Ecclesiasticar. tom. 2. part. posterior. cap. ult. §. 21.

g Rob. Lincolns. Commentar. in Dionysii lib. de divinis nomin. cap. 4.

est expressum: *Mala punitiones Diaboli in me veniant, solùm ut Jesu Christo fruar.* Nam versione hâc usum eum fuisse, in capite [h] III. jam docui: illúmque ipsum ejusdem, vel notarum saltem marginalium in Montacutiano codice ad eam appositarum, authorem extitisse, oborta mihi aliquando est suspicio. Nam & Anglum fuisse Scholiastam illum, in verba illa epistolæ ad Polycarpum [*Sta firmus ut incus percussa*] hæc illius notula indicat. *Incus est instrumentum fabri: dicitur Anglicè* anfelt. & *Græcè* sciviſſe, varia annotationum illarum loca, in quibus translationis verba cum originali Græco conferuntur, fidem faciunt: ut earum & ipsius, cui sunt adjunctæ, versionis idem omninò opifex fuisse videatur. *Robertum* verò nostrum, ut *Anglum* fuisse nemo ignorat: ita & *Græci* sermonis (quod rarum illo seculo) peritum fuisse; Testamentum duodecim Patriarcharum, Suidæ Lexicon, & vetera in Dionysium Areopagitam Scholia, è Græco in Latinum ab eo conversa, certos nos reddunt.

[h] Suprà, pag. 15.

Sed præter *Græca* de quibus hactenùs actum est, duodecim Epistolas à vetere vulgato Interprete Latinè conversas (quas & [i] *Vincentius Bellovacensis* agnovit solas:) feruntur etiam *Ignatii* nomine *Latina*, ad *Johannem* Apostolum præceptorem suum (quem *sanctum Seniorem* appellat) duæ; & ad B. *Mariam* Virginem tertia, unâ cum ipsius ad eandem Responsoriâ. In lucem editæ Parisiis primùm eæ sunt anno 1495. ad calcem Quadripartitæ historiæ Vitæ & mortis Thomæ Cantuariensis Archiepiscopi. At inter epistolas Ignatii, anno 1498. ibidem publicatas, *Jacobus Faber Stapulensis* eas non admisit: quod & in subsecutis editionibus est observatum, donec *Symphorianus Champerius* eas simul cum reliquis imprimendas curavit. Indéque Coloniæ anno 1536. cum Dionysii, & in Basilicnsium Micropresbytico anno 1550. cum aliis antiquorum Patrum scriptis, cæterarum Ignatii epistolarum versioni veteri istæ novellæ quoque superadditæ, passim ferebantur. Quod nonnullos sic fefellit; ut ipsum quoque *veterem Interpretem* eas, vel (ut [k] Hieronymus Vairlenius) *adjecisse*, vel (ut [l] Petrus Canisius) *transtulisse*, vel saltem (ut paulo diffidentiùs loquitur hîc [m] Petrus Halloixius) *videri Latinè reddidisse*, scripserint, quum in vetustissimis vulgatæ illius interpretationis MSS. exemplaribus non compareant

[i] Vincent. Specul. Historial. lib. 10. cap. 57.

[k] Vairlen. Præfat. in Latinam suam Ignatii versionem, ad Wilh. Lindanum.

[l] Canis. tom. 2. de corrupteh. verbi Dei, lib. 3. cap. 1.

[m] Halloix. sub fin. Apologiæ pro scriptis Ignatii.

parcant: & in aliis (ut Bibliothecæ S. Edmundi apud Burienses olim, & Lincolnienſis Collegii apud Oxonienſes hodie) à reliquis ſejunctæ inveniantur. unde & iſtas ſolas (quum duodecim antiquiorum rariora fuiſſent exemplaria) à Boſtono Burienſi, Marco Michaële Cortonenſi, & Johanne Trithemio viſas fuiſſe animadvertimus. Et quanquam in Græco-latinâ ſuâ editione omittendas eas exiſtimaverit Vairlenius, quòd *in Græco codice nulla harum reperiretur*: tamen cum novâ illius verſione etiam iſtas, quæ Latinæ planè ſunt originis (quicquid contrà obtendat Halloixius) conjungendas putavit Margarinus Bignæus; ut in omnibus *Bibliothecæ Patrum* editionibus, & Pariſiis & Coloniæ excuſis, videre licet.

In epiſtolio ad *Mariam*, alias priùs ad eandem exaratas à ſe fuiſſe literas, commentitius iſte Ignatius ita ſignificat. *Scripſi tibi etiam aliàs, & rogavi de eiſdem.* Plures commemorat Pſeudo-Dexter in Chronico, ad annum Chriſti 116. *Epiſtolæ S. Ignatii ad B. Virginem celebres habentur.* & ad annum 430. (quo ipſe ineptiſſimam illam farraginem edidiſſe fingitur:) *Epiſtola B. Virginis ad S. Ignatium, & ejuſdem ad ſanctiſſimam Virginem, manibus fidelium nunc teruntur.* Meminit & Bernardus, ſerm. 7. in Pſal. 90. *Magnus ille Ignatius, diſcipuli quem diligebat Jeſus auditor, Martyr noſter (cujus pretioſis reliquiis noſtra eſt ditata paupertas) Mariam in pluribus, quas ad eam ſcripſit epiſtolis* CHRISTIFERAM *conſalutat. Egregius planè titulus, & commendatio honoris immenſi.* Et hanc quidem inſcriptionem (licèt in Bibliothecâ Patrum, Pariſiis anno 1610. & Coloniæ anno 1618. editâ, neſcio quo caſu prætermiſſam) unica illa præfert, quæ Ignatii nomine ad matrem Domini hodie circumfertur, epiſtola. *Chriſtifera Maria, ſuus Ignatius.* Sed eundem ipſum *Chriſtifera* titulum, *Mariæ* quoque Caſtabalitæ, in ἐπιγραφῇ epiſtolæ ad eam ſcriptæ, attributum videmus: quam ab aliquibus, minùs attentè iſta conſiderantibus, pro *Mariâ* Deiparâ fuiſſe habitam, aliquando obſervavimus.

Plures quoque ad beatiſſimam *Mariam* miſſas ab eo fuiſſe epiſtolas, Dionyſius Carthuſianus hiſce verbis ſubindicat. [a] *Sanctus Ignatius, in unâ ſuarum epiſtolarum ad ſacratiſſimam Virginem, eandem rogat fervidè, ut pro conſolatione & confortatione ſui, & plurium neophytorum, dignaretur venire ad ſe.* Petrus Equilinus

[a] Dionyſ. Carthuſ. commentar. in Dionyſ. Areopag. de Divinis nominib. cap. 3. art. 16.

Equilinus unam tantùm commemorat. [a] *Ignatius*, inquit, *beatæ Virginis valdè dilectus, eidem adhuc in carne exiſtenti devotam epiſtolam ſcripſit; & ab eâ reſponſionem, ejus ſanctis manibus ſcriptam, obtinuit.* Ejuſdem meminit & Marcus Michaël, preſbyter Cortonenſis, in libro de viris illuſtribus: ubi novum nobis Ignatianarum epiſtolarum proponit Catalogum, in quo, earum quas Euſebius & Hieronymus nominant, tres tantùm recitat; unâ etiam ad *Coloſſenſes* additâ, cujus neque ab illis, neque à Veterum quoquam ulla facta eſt mentio. Hæc enim ipſius ſunt verba. *Scripſit Ignatius ad diverſos epiſtolas quatuor; ſermone quidem claro, ſimul & eloquentiâ perornato. Harum ſiquidem primam ad Epheſios edidit, ſecundam ad Magneſios deſtinavit, tertiam autem partem ad Coloſſenſes direxit; quartam porrò Romanis gentibus applicavit. Extant & epiſtola ejus ad Evangeliſtam Johannem præceptorem ſuum; & ad Mariam, beatiſſimam Virginem, & Domini noſtri Salvatoris humilimam matrem: ad quem & ipſa reſponſivam & brevem epiſtolam reddere humiliter non dedignabatur.*

Bernardi verò & recentiorum aliorum ſcriptorum nudâ authoritate ſuffultus Petrus Caniſius, magnâ quærit cum fiduciâ [b]; *cur de his Ignatii epiſtolis dubitemus? quas non modò Bernardus, ſed & Marcus Michaël Carnotenſis*, (Cortonenſis ille, de quo diximus) *Dionyſius Rickelius*, (Carthuſianus nimirùm, de quo item diximus) *Marianus Victorinus*, (Victorius videlicèt, in ſuis ad Hieronymi lib. 3. contra Pelagianos ſcholiis) *Symphorianus Clamperius*, (Champerium intelligit) *aliique complures agnoſcunt & Ignatio tribuunt.* Verùm de hâc confidentiâ remiſerunt plurimùm, qui poſt eum attentiùs hanc rem conſiderârunt, prudentiores inter Pontificios. E quibus Baronius, tom. I. Annalium, an. 48. §. 25. *Fertur*, inquit, *Dei genitricis epiſtola ad Ignatium reddita, ejuſdemque Ignatii una ad ipſam ſcripta, duæ verò ad Johannem Evangeliſtam de eâdem ipſâ loquentes. Sed Hieronymus, & alii antiquiores, qui ejuſdem Ignatii recenſuerunt epiſtolas, eas non noverunt.* & tomo II. an. 109. §. 34. de iiſdem. *Cujus fidei ſint, judicium eſto penès prudentem piúmque lectorem. Scimus eas S. Bernardum citâſſe aliquando, earúmque meminiſſe alios recentiores.* Poſſevinus in Apparatu ſacro, *non tàm certæ fidei* eſſe agnoſcit: *citari tamen à Bernardo,*

[a] Petr. de Natalib. lib. 3. cap. 64.

[b] Caniſ. ut ſuprà.

do, sermone 1. *in Psalm.* 90. Liberiùs verò paulo suam hâc de re sententiam, in Ecclesiasticorum Scriptorum Catalogo, ita aperuit Bellarminus. *Harum, primus (quod sciam) meminit sanctus Bernardus serm.* 7. *in Psalmum* [*Qui habitat*:] *sed neque in codicibus Græcis habentur, neque gravitatem eloquii S. Ignatii omninò redolent.*

Locum illum *Bernardi*, ex sermone 7. (non 1. ut habetur apud Baronium, & eum secutum Possevinum) in Psalm. 90. superiùs descripsimus: in quo non unius sed plurium ad *Mariam*, nullam verò omninò ad *Johannem* scriptarum epistolarum mentionem factam fuisse vidimus. De illis quoque quid Pontificii Palatii Magister (cum Thomâ Malvendâ) senserit, jam [q] anteà audivimus: quem & Mæstræus secutus est; ita rem totam determinans. [r] *Cùm Græcè nunquam conscripta reperta fuerint, nec illarum ullus veterum patrum ad Bernardum usque meminerit; tutius meo judicio fuerit, easdem in commentationum apocryphorum numero collocare.* & post eum, rotundiùs adhuc Christophorus de Castro Jesuita. [s] *Has epistolas ab antiquiori aliquo, pio, & Virgini dedito, confictas fuisse; ex ipsâ temporum, rerumque in eis factarum, serie facile erit colligere.*

[q] Supr. cap. 53. pag. 29.

[r] Mæstr. Præfat. ad notas in Ignatium.

[s] Christoph. Castr. Histor. Deiparæ, c. 23.

Qui postremus hanc causam tractavit, Petrus Halloixius, fatetur se *antehac ab eorum sententiâ fuisse alieniorem, qui mutui epistolarum commercii inter beatissimam Virginem & sanctissimum Ignatium assertores habebantur.* sed *postquàm in lucem venit Flavius Lucius Dexter, qui S. Hieronymo Presbytero aqualis fuit, & earundem epistolarum tamquam suo sæculo celebrium mentionem fecit; magis in eorum partem inclinare cœpisse*, se ait, *qui eas admittunt & probant, quàm qui in alia eunt omnia.* Indéque, stramentitii hujus scriptoris fide fretus, [t] allata in oppositum à societatis suæ Patribus, Bellarmino & Christophoro Castrensi, argumenta refellere conatur: ita diffidenter tamen, ut conclusione istâ, satis languidâ, totam illam disputationem demùm terminandam esse censuerit. *Epistolæ S. Ignatii ad B. Joannem Evangelistam, & ad sanctissimam Virginem, & Virginis item ad Ignatium, nec ita certæ sunt, ut indubitatam fidem apud omnes mereantur; nec ita incertæ, ut omnem perdant. Nam eum ab immemorabili tempore S. Ignatio adscriptæ reperiantur; minimè æquum est absque gravissimis & invictissimis rationibus*

[t] Halloix. Notat. in cap. 4. vitæ S. Ignatii.

[t] Id. in fine Apologiæ pro scriptis S. Ignatii.

eas ipsi abrogare. Ego quidem, tametsi multas esse videam causas, quamobrem suspecta haberi possint: tamen nullas etiamnum video, quare prorsus despici debeant; aut cur judicia illorum, qui iis utuntur, contemni. Libera igitur interim (donec aliquid alterutram in partem certius afferatur) facultas unicuique sit de his, quodcumque voluerit, opinandi. Nos hîc finem statuemus, & magno Ignatio litabimus.

Cum quo nos itidem præsentem hanc de scriptis Ignatii Dissertationem finiemus; neque tamen Ignatio, quantumvis magno, sed Deo Optimo Maximo litabimus: [a] *Salutem Deo nostro qui sedet super thronum, & Agno*, simul cum Ignatio & palmato commilitonum ipsius exercitu reliquo, acceptam referentes; & cum universo cœlestium spirituum choro concinentes: [b] *Benedictio, & gloria, & sapientia, & gratiarum actio, & honor, & virtus, & fortitudo, Deo nostro in secula seculorum.* Amen.

[a] Apocal. 7. vers. 9, 10.

[b] Ibid. vers. 12.

FINIS.

Addenda.

PAg. 8. lin. 18. *poſt*, judicavit, *adde*. illâ ad *Smyrnæos* retentâ: ſicuti, & hâc præteritâ, epiſtolam ad *Polycarpum*, in ſuo ſcriptorum Eccleſiaſticorum * Catalogo, nominandam putavit Johannes Trithemius. ita videlicèt &c.

* ubi, pro epiſtolâ ad *Troienſes*, reponenda epiſt. ad *Tralenſes*.

Pag. 30. lin. 23. *poſt*, excuſum. *adde*. Et Ignatii *pauciſſima aliquanta antiquitatis exemplaria ad noſtra uſque tempora perveniſſe*, ipſi Pontificii *Michaëlem Medinam* (de ſacror. hominum continentiâ, lib. 2. cap. 14.) jamdudùm audiverunt profitentem. Quod de *Photii* teſtimonio ſubjicit deinde *Baronius*, merum eſt ludibr.

Pag. 127. lin. 6. * *reliquorum*, pone in marg. * Unde & ad marginem habetur ibi annotatum. *Petrum & alii Apoſtoli uxores habuerunt.*

Pag. 136. lin. 19. *lege*. Neque aliam mihi perſuadeo eſſe ſententiam, vel clariſſimi D. *Heinſii*, Collectorem illum * *qui Epiſtolas Ignatii, atque inter eas quaſdam non illius, nomine ejus, neque dignas eo, dedit* perſtringentis; vel eruditiſſimi illius viri, &c.

* Heinſ. Exercitat. ſacr. in Timoth. 5. 16. & 1. Corinth. 15. 8.

Pag. 137. lin. 32. *lege*. Etſi enim, quum iſta ſcripſit Clemens, Epiſcoporum & Presbyterorum communia adhuc videantur fuiſſe nomina: illius tamen tempore, * *diſtinctionem Epiſcopi & Presbyteri jam invaluiſſe*, concedit Vedelius; réque ipſâ, tùm in aliis tùm in *Epheſinâ* ſpeciatim Eccleſiâ, ipſis Apoſtolis adhuc &c.

* Vedel. Exercitat. 8. in epiſt. ad Mariam, cap. 3.

PAg. 4 lin. 12 lege *Apocryphorum*. pag 30. lin. 22. lege, Bibliothecâ. pag. 72. lin. 24. pro VII. lege VIII. pag. 78. in margine, pro 80. lege 81. pag. 80. lin. 28. πληρώσει.